Tutela legit. non eſt vbi non eſt legit. ſucceſſio P 4.C 6.n.15 f.83
Tutela à Prætore dicitur Ciuilis habens cauſam à Prætore P.1. C.9.n.29 f.36
Tutela legitima non regulatur ab emancipat. P.4.C 8.n.5 & 8. f.90
Tutela Parent. ad exemplum Patronorum P 4 C.2 n.2 f.73
Tutela teſtamentaria regulatur ex poteſtate P.4.C.11 n.13 f.103
Tutela Fid. impeditur dominio, et quomodo P.4.C.11.n.7 f.102
Tutelam Patronorum habent ſolum filij hæredes P.4 C 9 n.10. f.94
Tutelas legit. transfundit pater ad filios P.4.C.2.n.3 f.73
Tutor legitimus eſt emancipator impuberis P.4.C.12.n.7 f.107
Tutor legitimus fit à ſola lege P.4.C.11 n 25 f.105
Tutor Fid. põt eſſe pater filij ab Auo emancip. P.4.C 11.n.6. f.101
Tutor ſcriptus in teſtamento ſi minor ſit, expectat complementum ætatis antequam adminiſtret P.3.C 6 n.20 f.64
Tutor datus emancipatis, & curator adultis dicuntur Fiduciarij P.1.C.2 n.8 f.11
Tutores coniuncti non remouentur ignominiosè P.1.C.7 n.7 f.22
Tutores debent cõpleuiſſe xxv. annum, & quomõ P 3 C.6 n.19. f.64

V.

VArronis opinio circà ætatem hominum P.3 C 6 n.6. f.62
(Vel) ponitur inter diuerſa P 4 C 3 n.4 f.76

(Vel)

(Vel) exponitur pro (Ideſt) à Iaſ. P.4.C.3.n.7 f.76
Vendere filios non poteſt fœmina P.3.C.7.n.16 f.69
Verba difficillima noſtri textus quæ P.4.C.1.n.3 f.70
Verba Theophili explicantur P.4.C.12.n.1.& 8. f.107
Veritas eſt in puteo demerſa In Proem. n.8. f.3
Veritas notatur etiam dictione (Vt) P.4.C.12.n.4 f.107
Eadem habet virtutem augumentationem ibid.n. 4.
Eadem notat ſimilitudinem, & improprietatem ibid. n.2.
Veritatem notat dictio (Quaſi) P 4. C.12.n.10. f.108
Veritatem notat dictio (Vicem) P.4 C.12.n.9 f.108
Veritatem non minus quàm fictionē notat dictio (Tanquam) ibi.n.11
Veſtis poteſt dici inſtrumentū Naturæ, vt lectica P.1.C.9.n. 27.f. 36
(Vicem) dictio notat veritatem ibid.n.9.
Vigeſimusquintus numerus quadratus P.3.C.6.n.14 f.63
Vnitorum Academia P.3.C.2.n.1.f.51. & P.4 C.6.n.18. f.84
Vocatus à Prætore excludit ſucceſſorem legit. P.1.C.9.n.53 f.36
Vſus pollet in materia Tutelarum P.4.C.6.n.20 f.85
(Vt) dictio notat veritatem P.4.C.12.n.6 f.107

&.

(ET) *Dictio coniungit P.1.C.8 n.16 f.27*

ALCIBIADIS LVCARINI
PATRICII SENENSIS
LIBER SINGVLARIS
AD IVSTINIANVM IMPER.
DE FIDVCIARIA TVTELA.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

PROEMIVM.

RERVM NOTAE.

1 *Tractatio Fiduciariæ Tutelæ difficillima.*
2 *Scribentes Itali putarunt parum accuratè fuiſſe tractatam materiam Fiduc. Tutelæ.*
3 *Germani verò negligenter à Trib. ſcriptam.*
4 *Elaborandum eſt in enodando Tit. de Fid. Tut.*
5 *Nullus .n. eſt eo difficilior Tit. in volumine Inſtit.*
6 *Diuiſio totius Commenti.*
7 *Medici grauius infirmo validiorē præbēt medic.*
8 *Veritas eſt in profundo puteo demerſa.*

1 ARDVAM ſanè, ac penitus laborioſam prouinciam ſuſcipio, Iuuenes & generis, & virtutis ſplendore illuſtres, Fiduciariam Tutelam explanaturus; materiam, hiſce temporibus, incognitam, obſcuram, & omnium conſenſione dif-

crimine reijcere,& quos tunc contemptos habui, nunc ex animo amplecti, omnibus deferam, nulli tamen, magiſq; veritati credam, nec maior apud me erit opinio Vltra quàm Citràmontanorum, ſolam veritatem candore amictam, ac lucidiſſimis radijs redimitam, quàm nullis in ſcolis audiui, nullo à Pręceptore percepi, † quam non ſine aliqua vigilia e puteo illo Democritano ſum expiſcatus, & quam vos auidiſſime perquiritis, purè, ac ſimpliciter referam, ac ſectabor.

PARS PRIMA.

RERVM NOTAE.

1 *Ordo plurimum poteſt ad intelligendum.*
2 *Nonnulli parum ſunt ſolliciti de continuatione.*
3 *DD. paucis ſe expediuerunt de cont. huius Tit.*
4 *Accurſius multi faciendas eſt.*
5 *Accusij, & Portij continuatio refertur.*
6 *Accursij continuatio breuis, & obſcura.*
7 *Relatiuum (Alia) ad ſimilia refertur.*
8 *Fiduc.Tut. an ex Accursij ſit deducta ad ſimilitudinem Tutelæ Patronorum.*
9 *Relatio debet fieri ad proxima.*
10 *Ex manumiſsione perdebatur ius ſuccedendi.*
11 *Fid.Tutela, & legitima Patronorum differunt.*
12 *Inæqualia vni tertio inter ſe æqualia eſſe nõ poſſũt.*
13 *Mathematica certior eſt cæteris ſcientijs.*
14 *Explicatur Accursij continuatio & num. 18.*
15 *Fid. eſt quodamodo appendix legitimæ Tutelæ.*
16 *Titulus De legat. in lib. Inſt. inſeritur tractatui acquiſitionis rerum vniuerſalium, cum frequentius in teſtamentis fiant legata.*
17 *Laudatur Silueſter Ald. & Hippolytus S.R.E. Cardin. eius Filius qui Pontif. fuit Clem. VIII.*
19 *Agnatio antè ſubtilem inueſtigationem cognatio dicebatur.*
20 *Arrogatio antè ſubtilem diſquitionem nominis Adoptio dicebatur.*

Cur

Cur hoc loci tractetur de Fiduciaria Tutela. Caput Primum.

QVONIAM † ordinis inueſtigatio- 1
nem non modicum profuturam ei,
quam intendimus referre, explana-
tioni cenſui, † haud attendam eorum 2
[a] ſententiam, qui parum de conne-
xione titulorum ſunt ſolliciti, & re-
ceptiori [b] adherens, cur hoc loci Fiduciarię Tutelæ
tractationem retulerint Compilatores, inueſtigabo,
quod profectò vobis iniucundum non erit: † noſtri id 3
tantum prioribus, vt aiunt, labijs attigerunt, an benè
inter ſe conueniant, vel nè, vehementer dubito, pro-
prius tñ ad ſcopum prior acceſſit Accurſius, † nec mi-
ror cum profectò plura ſint in eo & ingenij, & doctrinę 4
lumina. ob id .n. eius dicta non rarò ſum ſequutus.

Is [c] enim rem ſic aperit, referam eius verba. † Supra 5
viſum eſt de legitima Parentum Tutela: verum quia
alia eſt, quæ Fiduciaria appellatur, ideò de ea tracta-
turus, ſcribit de Fiduciaria Tutela, quod ijſdem om-
ninò verbis repetit Chriſt. Portius. [d]

Hæc † non minus ſunt obſcura, quam breuia, icc irco 6
diligenter attendenda, nè in maximos ſcopulos incidá-
mus; nam ſi velimus Accurſium ſe referre ad alias tres
ſpecies tutelarum legitimarum ſupra explicatarum,
quod videtur ſignificare relatiuũ illud (Alia) † quod ad 7
ſimilia accomodatur. [e] quaſi vero, & hæc tutela à lege
xij. tab. vt cœterę effluxerit, ſi non verbis, mente ſal-
tem, vel ratione; † aut fortè melius (cum is ſe referat
ad legitimam Parentum) ſit exemplo perducta ab illa 8
tutela, quę mortuis Patronis, filijs illorum conceditur,
cum & Parentes iſti Filiorum emancipatorum habeant

tutelam

a Vac. à Vac. lib. 4. Decl. iur. ciu. Decl. 51.

b Iaſ. in Rubr. de Arct. DD. in rub. ſi cert. petat.

c In gloſſ. rub. huius Tit,

d In Comm. ad hunc tit. ſuper rub.

e §. fin. inf. De ſatiſd. tut. vbi DD. & Silueſt. primo.

tutelam ad ſimilitudinem Patronorum ex eodemmet Iuſt.[f] cum illud comprobetur Azzonis auchoritate.[g] f Tit. ſup.
9 hæc verò ex illa ratione † quod deceat relationem fieri ad magis proxima:[h] dubitarem vehementer, nè longius à vero differamus, quò ortus ab occaſu diſtet, cum liquidò conſtet mentem legum xij.tab. non poſſe extendi, vbi interueniat manumiſſio, † per quam ſucceſſiones, g Infin. hic. h l. iam hoc caſu ff. de uul.
10 in quibus tota verſatur ratio, perquam ex lege xij. tab. transferuntur tutelę, (vt dicemus ſuo loco)[i] infringantur.[k] & diuerſitas † inter hanc tutelam, & legitimam patronorum ſatis in aperto ſit ex noſtro textu in verſic. i Inf.cap.
11 (Atqui legitimo) rurſus ſi non conuenit cum legitima parentium,[l] quæ congruens eſt cum legitima illa patronorum,[m] nec cum illa conuenire vllo modo poteſt, k §. emancip. inf. De Hęred. ab inteſt. uerſ.
12 cũ, † & in corporalibus rebus videamus quãtitatem inęqualem vni ex duabus æqualibus, cum altera congruere nulla ratione poſſe, vt linearum figmento Mathematici, † quos in certitudine nullius ſcientiæ dogmata an- l Ex noſtro tex. verſ. Quo defuncto. m Iuſt.tit.ſup.
13 tecellunt, demonſtrant.[n] n Eucl. in pri. notion. Aſſ. pri. cum ſeq.

Quid ergò, dicent, illis verbis voluit annuere Accurſius? vndè duxit fundamentum huius connexionis? quæ mens, qui ſenſus illius? videant, num ingenijs veſtris ſatisfaciat hęc expoſitio, quæ, meo quidem, verbis commodè quadrare videtur. † Supra viſum eſt de
14 legitima &c: Verũ quia alia eſt, &c. dicit Acurſ. hoc eſt agi de Fid. tutela poſt legitimam Parentum, cum facillimè poſsit contingere, vt Pater, qui gerebat tutelam filij impuberis emancipati moriatur priuſquam emancipatus ille ſit factus pubes, ex quo ex alio capite ſit illa tutela ſupplenda, prout eſt Fiduciaria, † quæ
15 tanquam appendix quędam, & riuulus penderet, eo caſu, à legitima Parentum, quaſi quopiam fonte, vt annuit Iuſtin. hic,[o] & Modeſt. I.C. lib. 4. Different.[p] vndè iurè optimo poſt illius tractatum eſſet ſubnectenda, o In verſ. Quo defuncto. p l. 4. ff. De legit. hęred.

non

non ſecus,ac videamus † Compilatores inſeruiſſe inter
titulorũ vniuerſaliũ tractationem, penitus extrà mate- 16
riam,particularia legata, q quippe cum illa in teſtamen
tis (de quibus potiſſimum agebant) frequentius fiant,
atq; inſtituantur, quò factum fuit, vt hanc ſolam ra-
tionem attulerint in hoc ordine componẽdo r Compi-
latores, & clarius magis,ac perſpicuè † ſumma ingenij
præſtantia Vir Siluest. ſ Aldobrand. Illuſtriſs. Card. 17
Hippolyti Pater, qui, vt acumine ingenij in hac legiti-
marum tutelarum materia culmen quodamodo atti-
git; ità Filius Reip. Chriſtianæ columen, ſolus fortaſ-
sè aliquãdo eiuſdem Chriſtianæ Reip. clauum tenebit.

Sed profectò hac quoq; in difficultate liceat mihi
aliquod referre, quod fortè nec vulgatum, nec à veri-
tate ſeiunctum erit † credo .n. Acurſium aliquanto lon- 18
gius reſpexiſſe in hac materia, & conſideraſſe penitus
Fiduciarias Tutelas, quando nondum vlla ex ijs inter
legitimas fuit aſcripta, quod profectò contigit ei,
quędabatur Patri,qui Filium ſuum impuberem eman-
cipauerat, is enim primum, ſola fiducia inſpecta, tu-
telam Fiduciariam nanciſcebatur, t poſtmodum,cum
rectius Interpretes conſideraſſent,ob contractam Fidu-
ciam,poſſe referri ad legitimam Patronorum,u eam in-
ter legitimas connumerarunt: x quo ſtante, hãc fuiſſe
(licet fortè ariolari) Auctoris mentem, Agi de Fiducia-
ria Tutela poſt tractatum Tutelæ Parentum, tanquam
de illa tutela, quæ adhuc commune nomen retinet, ꝗ
conuenit aliquando etiam tutelæ Parentum, quæ tunc
Fiduciaria, nunc verò,mutato noĩe,legitima eſt appel-
lata,† ſic &,quę dicitur Agnatio,antequam,ſubtili Iuris 19
figmẽto,diceretur hoc nomine, iure cognatio appella-
batur, y & non minus propriè † Adoptio,quæ per Prin- 20
cipis inducitur reſcriptum,dicebatur, priuſquam par-
ticulare nomen Arrogationis nacta eſſet: z ergò poſt
tra-

q Lib. ſeq. tit. De legat.

r In rub. huius capit.

ſ In comm. huius tit. ad rub.

t Vlp. in Frag. tit. xi. per quẽ Cuiac. ibi.

u DD. in tit. 1. ſup.

x In hoc tit. num. 4. & tit. ſup. nu. 1.

y §. ſunt aũt ſup. de legit. agnat. tut. ubi gloſſ.

z §. pri. & quæ DD. ibi ſup. tit. Adopt.

tractatum Tutelæ Parentum, quæ Fiduciaria erat tutela, congruum erat referre etiam alias, ſi quæ pariter Fidiuciariæ erant tutelæ; in quorum numero cum ſit hęc, de qua agitur, erat ea inſerenda: In quam ſententiam eò libentius inducor, cum verba Inſt. multum conuenire videantur, dum ait; Eſt & alia Tutela, quę Fiduciaria appellatur, quaſi voluerit demonſtrare hanc quoq; tutelam eſſe affinitate quadam iunctam cum ſuperiori, prout congruit Donatio cum modis rerum comparandarum, quos Iuſt. congerit ſeq. lib. poſt tit. de vſu. & habit. vbi eadem ferè fraſe loquendi eſt loquutus dum de ea pertractans ait. * Eſt & aliud genus acquiſitionis donatio, &c. & Tit. De Donat. in pri.

RERVM NOTAE.

1 *Fiducia, ſiue Fiduciaria, vox eſt ab optimis ſcriptoribus fræquentata.*

2 *Fiducia ſiuè Fiduciarius contractus quis.*

3 *Tria Iudicia bonæfidei Iure Ciuili introducta, Fiducia, Tutela, & ſocietas.*

4 *Fiduciarij contractus exemplum.*

5 *Fiducia, & ab hominibus, & à legib. introducitur.*

6 *Adoptiui Parentes dicebantur etiam Fiduciarij antiquitus.*

7 *In Emancipatione apud antiquos inducebatur quidam pater Fiduciarius.*

8 *Tutor datus filijs emancipatis, & Curator adultis Fiduciarij dici poſſunt.*

9 *In Tutela Fiduc. legis confidentia ineſt.*

Vnde vox Fiduciaria, & quid ſignificet. Cap. II.

EXTRA ordinem fortaſsè ob longitudinem ſermonis de noſtri capitis ordine tractauimus, nec nobis erat prohibendum, cum ordinem quoq; cœterorum, exponendo, prætermiſerimus, iam quoniam ordini reſtituimur, vt ordinem, vt par eſt, ſeruemus, cum tutela, quam tractamus, ex antiquis ad hæc vſq; tempora, Fiduciaria ſit appellata, vndè vox hæc ſit perducta, & quid notet, breui verborum circuitu, eſt demonſtrandum.

Et quidem, non vt ſibi aliqui [a] infingunt † barbarica vox eſt (Fiducia) ſiue (Fiduciaria,) vel ab optimis Scriptoribus aliena, quippè cum habeamus luculentiſſimos teſtes Iulium Ceſarem [b] primũ non minus quàm armis, ſcientiarum omni genere, & proprietate ſermonis romani potiſſimum ornatum, Liuium Patauinum, [c] In ſcribendis Romanorum geſtis nulli ſecundum, in candore linguæ eorumdem multis antecellentem hiſtoriarum ſcriptoribus, & tandem, vt cœteros ommittam, romanæ eloquentię Patrem, ac latinę linguę Parentem M. Tullium ſexcentis in locis, [cc] qui omnes frequenter hac voce vſi ſunt, vt quilibet, percurrendo illorum ſcripta, facile poteſt cognoſcere. 1

Nec fuit incognita Iuris noſtri Profeſſoribus, † quos Fiduciam, ſiue Fiduciarium cõtractum appellaſſe comperimus, pacta, & conuentiones, illa verborum formula factas, Vt inter bonos bene agier, &c. quam refert Tullius, [d] & per eum Bud. [e] & Carol. Sigonius [f] inter bonæfidei contractus, iure ciuili introductos, annexam teſtimonio eiuſdem M. Tullij, [g] teſtatur. † Tria iudicia Fiduciæ, Tutelę, Societatis. † Exemplum eſt in ijs, qui 2

rem 3 4

a Fid. Nauſ. hic, quẽ refert in rub. fil. nu. 1

b lib. 2. de bell. Ciuil.

c lib. 2. de bell. Maced.

cc In orat. pro Flacc. Cecin. Q. Rab. Topic. Nat. Deor. Offic.

d lib. 7. epiſt. ad Treb. epiſt. 7.

e Ad l. 2. ff. De Orig. Iur.

f lib. pri. De Iud. cap. 5.

g Pro Q. Roſc. Comed. quem ppendit Cõn. lib. 7. comm. iur. ciuil. cap. 4. n. 1. & Emi. Terr. nic in pr.

rem aliquam accipiunt poſt certum tempus , vel ali-
qua interueniente conditione reſtituturi, ex Boetio ;
[h] Sigonius, [i] quare per hunc contractum legimus Na-
bidim Tyrannum poſſeſſionem Corinthi à Philippo
Perſarum Rege apud eundem Liuium , [k] referente
" poſtmodum Budeo, [l] Silueſtro, Ferretto, [m] & Sigonio
" habuiſſe. [n] Optimum ratus Nabidi eam Tyranno ve-
" lut Fiduciariam dare, vt Victori ſibi reſtitueret, ſi quid
aduerſi accidiſſet, vt ipſe haberet : ſic videmus com-
mitti totam rem Fidei accipientis, vndè iurè Fiduciæ
contractus appellatur.

5 Contingit autem frequenter, † vt, vel ab hominibus
ergà alios homines, vel in ipſos quidem homines, ſed
à lege adhibeatur iſta Fides , & certa hæc collocetur
ſpes, atq; confidentia, à qua quaſdam habeamus ho-
minum actiones, quaſdam legum permiſſiones, Fidu-
6 ciarias iurè appellatas : † vt in primo capite habemus
exemplum in Adoptione, [o] qua naturales parentes cu-
ræ extraneorum proprios committunt Filios, cum con-
fidant in cura, & caritate accipientium , quos ob id
Caius, vt Ioach. Minſing. [p] docet, Parentes dixit Fidu-
7 ciarios. † Aliud ſimile eſt exemplum in Emancipatio-
ne, [q] per quam itidem naturales Parentes extraneis
concedunt filios ſuos ſub ſpe, ac fiducia, vt ſint eos (&
ob id pariter Fiduciarij Parentes illi appellantur [r]) vel
mancipaturi , vel remancipaturi, quod poſtremum ſi
fortè in pactum fuiſſet deductum, emancipationẽ Con-
tracta fiducia factam diceremus , cuius conuentionis
vires, & quomodo fiat, referemus poſtea. [ſ]

8 In altero verò capite habemus vnum exemplum † in
Tutore dato à Parentibus relaxatis à vinculis paternæ
poteſtatis filijs, [t] vel Curatore adultis , etiam retentis
in poteſtate, [u] cum neutrum ſit permiſſum, vtrumq; tñ
etiam abſq; vlla Iudicis inquiſitione confirmandum,

h lib. 4. Topic. Cicer.
i d. cap. 5. lib. pri. De Iud.
k d. lib. 2. De bell Maced.
l d. l. 2. De ori. iur
m hoc tit.
m Tit præced. num. 3.
n d. cap. 5. in fin.
o §. Adoptio aũt & §. ſeq. ſup. De adopt.
p Hoc tit. n. 3.
q §. Præt. & ibi DD. ſup. quib. mod. ius. patr. pot. ſolu.
r Hot. & Ferr. hic in pri. Sil. tit. ſup. n. 5. in fin. DD. in d. §. præterea.
ſ Cap. ſeq.
t §. fin. ſup. De Tutel.
u l. Caius ff de excuſ. Tut. Silueſt. d. tit de Iur. §. ꝓmiſcũ num. 4.

FIDVCIA, quę ob id fuit reperta, nè Parentes na-
2 turales, † quibus debita videtur piè, ſi non ipſo naturæ
præſcripto, filiorum ſucceſſio,[a] illa miſerrimè orbaren-
tur; nam facta mancipatione † (qua totum ius agna-
3 tionis dirimebatur)[b] eo modo, quo ante legem Ana-
ſtaſiam licitum erat antiquis, hoc eſt per imaginariam
4 venditionem, † qua plures contractus abſoluebantur,[c]
cum per eam in alienam transferrētur poteſtatem, fidu-
ciarij illi Parentes, quibus ſubijciebantur dum emptos
filios in poteſtate retinebant, quaſi naturales patres,
5 aut potius domini, ijs manumiſſis ad inſtar Patroni ijs-
dem ſuccedebant:[d] † vt ergò Parentes naturales illorum
bona haberent, non fiduciarij, introductum fuit filios
emancipare Contracta Fiducia.[e]

Tunc autem Accurſius,[f] & poſt eum Alciatus,[g] &
communis Doctorum ſcola, teſte Syl.,[h] emancipatio-
6 nem † CONTRACTA FIDVCIA factam volunt,
quando non per manus iniectionem, vt credidit Bude-
us,[l] (reprobatur enim id propter quamdam repugnan-
tiam, quam continet, vt commonſtrat Rebuffus,[m]) ſed
exprçſsè reſeruatum eſt ius ſuccedendi; quo non neceſ-
ſitate pacti, † parum fortè efficacis ob impedimentum,
7 quod præbet liberę facultati teſtandi, vt obſeruat quo-
que Minſing.[n] ſed pudore fiduciæ, & confidentiæ Pa-
rentes naturales admittuntur, emancipatione minimè
nocente, ad legitimam filij ſucceſſionem.[o]

Sed ex ſupra[p] facta declaratione ad vocem (Fidu-
cia) mihi ſemper placuit opinio Sylueſtri[q] qui † Eman-
8 cipare Contracta Fiducia vult eſſe, Mancipare filium
Patri fiduciario hoc pacto, vt deindè ſibi filium emptū
remācipet, vt ſibi liceat eumdem tanquam mancipium
è ſua poteſtate dimittere, & eius deindè, ceù liberti,
habere ſucceſſionem legitimam.[r]

9 Mouet me primo paulò antè excitata ratio, † Vacil-

laret

a l. 15. in pr. de in off. teſt.
b §. Præt. ſup. quib. mod. ius. patr. pot. ſolu.
c l. pen. & vlt. C. de emanc. lib. Ferret. hic. Ant. Conc. lib. pr. Diſput. Iur. Ciuil. cap. 16.
d Minſing. §. fin. nu. pr. inf. De legit. agn. ſucc.
e Rebuff. in l. 19. de verb. ſign. verſ. xiij.
f In §. quæ autē verb. Fid. inf. de bon. poſſ. & d. §. fin. de legi. agn. ſuc. verb. Fid.
g lib. 3. parerg. cap. vlt.
h In princ. tit. prçc nu. 2.
l In d. l. 2. De orig. Iur. refer. Silueſt. tit. pri. ſup. num. 5.
m d. l. 19. d. verſ. xiij.
n d. §. fin. n. 9. de legit. agn. ſucc. DD. in l. fin. C. de Pact.
o d. §. fin. vbi DD. & Mīſin. nu. pr. De legi. agn. ſucc.
p Sup. cap. ver. & quidem.
q Tit. ſup. in pri. nu. 2.
r d. §. fin. De leg. agn. ſucc.

laret enim aliqua in parte pactum hoc, cum adimat filio teſtandi facultatem.[ſ] Tum quia impoſſibile ſit reſeruare quod non eſt; † pater enim non tanquam in hę- 10
reditate, ſed tanquam in rebus peculiaribus filio exiſtenti in poteſtate ſuccedit.[t] Accedat, quod ob conuentionem, non benè legitima diceretur, ſed rectius conuentionalis.[u] Poſtremò affero probatiſſimum Vlp. reſponſum xiij. ad Sabin.[x] apertiſſimè probans non ſolum, quia apoſtilla ibi verba Iuriſconſulti (fiduciam contraxerint) interpretetur, ideſt à fiduciario Patre redemerit; † ſed etiam cum ibi ſtatuatur neq; Auum,
neq; Patrem in Tertylliano nocere Matri, quamuis fi- 11
duciam contraxerint: nam ſi in pacto fiduciæ hæreditas fuiſſet deducta, fortè Matri noceret, cum iam à filio viuenti de ea diſpoſitum fuerit; ſicq; deindè moriens nihil in hæreditate relinqueret.

ſ d.l.fin. C. de pact. l.67. & ibi DD. de uer. oblig.
t l.pr. De cõſt. peç. Silu. d nu. 5. tit. ſup.
u Arg. eorum, qu[æ] tradunt DD. in rub. de legit. agn. tut. & in tit. de leg. hæred.
x l.2 §. ſed neque ff. ad Ter.

RERVM NOTAE.

1 *Pater Fid. dicitur ob Fiduciam, quam præbet de filio empto emancipando.*

2 *Pater Fid. manumittens impuberem, Fiduc. ſit Tutor à lege.*

3 *Pater naturalis filij naturalis empti, & mancipati efficiebatur Tutor Fiduc. ſecundum quoſdam.*

4 *Coniuncti Patri naturali, eo mortuo, proſequæbantur Tutelam filiorum illius, & efficiebantur Tutores Fiduciarij.*

Qua

Qua occaſione, & quomodo, quibuſuè caſibus Fiduciarię Tutelę inductæ. Cap. IV.

EXPLICITA tractatione Contracta Fiducia
Emancipationis, ob quam paululum (non tamen,
ni fallimur, ſine fructu) à propoſito ſumus digreſſi, re-
uertamur iam ad ſemitas, & perſcrutemur originem
Tutelarum Fiduciariarũ: Et quidem antè omnia me-
miniſse oportet quod eſt dictum [a] de mancipatione à
1 Patre naturali facta in fiduciarium, † ſic appellatum
ob ſpem, ac fiduciam, quam conceperat illum eſſe fi-
lium emptum manumiſſurum, quod ſi, vt erat in votis,
ac fortè in promiſſione, compleuiſſet, lex veſtigia Pa-
rentis ſequuta, [b] non minus de homine confidens, eum
2 Tutorem conſtituebat, † quem propter dictam fidu-
ciam, fiduciarium appellabat, vt refert Vlpian. [c] & ſe-
quuntur Alciat. [d] & Aldob. [e]

Tum verò quoniam contingebat aliquando, vt Pa-
ter ille fiduciarius remanciparet filium emptum eidem
Patri naturali, † is ſi poſtea manumittebat filium, illius
3 efficiebatur Tutor à lege, & ꝓ ꝓ ſpem, & fiduciam ven-
ditoris, dicebatur fiduciarius, vt per Vlp. in frag. [f] tenet.
VBS. [g] quàmuis ille Vlp. locus aliter intelligat à Duar. [h]
& verè ex Theoph. [i] aliũ hñt ſenſũ, & nos dicemus. [k]

Hoc autem Parente defuncto, ſi non dum completa
4 eſſet Tutela, † cœteri per illum ſanguine coniuncti ex
lege in ijs non minus, quàm in parente confidenti, ſu-
ſcipiebant ſimiliter tutelam, quæ, & ipſa fiduciaria
dicebatur. [l]

a ſupra cap. 2. verſ. Cõtingit.
b d. l. ſi quis ſub conditio. de teſt. tut. 11.
c In fragm. tit. xj. verſ. Qui liberumi.
d lib. 3. Parerg. cap. 26.
e d. tit. ſup. in pri. num. 5.
f d. tit. xj. d. uer. Qui liber.
g In pr. noſtri tit. num. pri.
h De legit. tut. in fin.
i In princ. de Cur. per quem Sylu. tit. 1. ſup. nu. 5.
k Cap. ſeq. in Ver. Per quam
l l. 4. ff. De legit. tutoribus Iuſt. hic.

RERVM NOTAE.

1 *Tribus caſibus procedunt Fiduciariæ Tutelæ.*
2 *Senatus C. reſeruat parentibus naturalibus ſucceſ-*

ſionem

ſionem filiorum emancipatorum.

3 *Parentes naturales ſuccedentes filijs emancipatis gerunt quoq; illorum Tutelam legitimam.*

4 *Quod non eſt in Tractatu comprehẽdi non poteſt.*

5 *Tutela data Patri Fid. manumittenti debet reputari legitima, cũ ad exemplũ Patroni detur.*

6 *Naturalis Pater filium emptum manumittens debet eſſe Tutor legitimus.*

7 *In Tit. de Fid. agitur de Tutela, quæ datur Agnatis, emancipatore Patre mortuo.*

De qua Tutelarum Fiduciariarum ſpecie loquatur hoc tit. Iuſt. Cap. V.

a Super. capit.

TRIBVS ergò, ex antedictis,[a] conſtat † induci caſibus Tutelas Fiduciarias, Ob Fiduciam à lege præſumptam, hoc eſt in Patre Fiduciario ex fiducia inducta in fictitia venditione: In ipſo Patre naturali, Contracta Fiducia, emancipante, & demum in cœteris per eumdem Patrem naturalem coniunctis manumiſſione, vel mancipatione intercedentibus: Videndum eſt an Iuſt. quemcumq; ex iſtis caſibus comprehendat, an verò potius aliquem ex ijs, & qualis ille ſit. 1

Et quidem Tutelam ex primo caſu emanantem non deſcripſit Imp. quia † cum ex Senatus C. ſucceſſio horum emancipatorum iam Parentibus naturalibus concederetur,[b] cum hæreditate † ijs quoq; tutela legitima committitur,[c] ità vt Parenti illi adumbrato, ac ficto nulla remanſit ex filio empto ſpes ſucceſſionis, & per conſequens nec Tutelæ vmbra,[d] † quarè non poterat eam tutelam, quę in rerum natura non eſt, nec vmquam 2 3 4

b l. 2. §. obijcitur ff. ad Tert. l. 2. C. ad Tert. Fab. hic nu. 4. Aret. n. 2. VS. nu. pri. in pri.

c d. num. pri. VBS. Hoto. tit. ſup. verſ. exemplo. circ. med.

d Iuſt. ſup. tit. & §. ſunt autẽ de bon. poſſ. & vbiq; tradunt DD.

quam ad actum poteſt reduci, in tractatu comprehendere.[e] Accedat, quod verè illa tutela, † cum daretur
5 Patri illi fiduciario, tanquam manumiſſori empti filij, ob hereditatem, quàm ab eo tanquam à liberto conſequebatur ad exẽplum Patroni, legitima reputabatur,[f] & ideò tractanda ſuo magis proprio loco, hoc eſt inter eas, quæ legis xij. tab. mente comprehenduntur,[g] non quando de præcipua quadam ſpecie diſſeritur, vt hoc capite fit.

Per quam certè rationem remouetur & ea, quæ ex
6 caſu ſecundo proficiſcitur, † quippè cum & ipſa pariter propter dictam ſucceſſionem, quæ reſeruatur ex SenatusConſ. Parentibus naturalibus manumiſſoribus[h] (& ſic compræhenſa xij. tabularum lege) ſaltem propter exemplum[i] legitime patronorum, inter legitimas connumeretur tutelas, ideò non admiſcenda cum fiduciaria. Præterea cum de ea proprium compoſuerit caput Tribon. credibile non eſt (nec enim poterat ſi Imperatoris mandatum cuſtodire cupiebat)[k] eam voluiſſe ità fruſtratoriè hoc ſequenti capite repetere.

Reſtat ergò à ſufficienti partium enumeratione,[l] vt
7 ſtatuamus Fiduciariam Tutelam ab Imperatore in hoc capite deſcriptam, illam † eſſe, quæ tertio caſu inducitur, hoc eſt, quæ datur mortuo Manumiſſore proximioribus ex coniunctis d. Manumiſſoris,[m] qui quales ſint ex ve[r]bor[u]ũ explanatione, ni fallor, liquidò patebit.[n]

e Arg. l. decem §. decẽ de uer. oblig. cũ uulg.

f Iuſt. tit. ſup. & ibi Hot. d. verſ. Exempl.

g d. tit. de leg. patr. Tut.

h d. l. 2. ff. ad Tert. & d. l. 2. C. ad Tertyl.

i Iuſt. ſup. tit.

k §. Quibus. in pri. conſt. C.

l §. in bonæfid. inſt. de action. & quę ibi DD.

m Iuſt. hic verſ. Quo def. & Vlp. d. l. 4.

n Inf. 4. part.

RERVM NOTAE.

1 *Democritus ſtatuit naturam rerum definitione aperiri.*

2 *M. Tullius vult ante naturam rei definiri.*

3 *Compilatores hic non definierunt. Fid. Tut.*

ſtri autem in præſenti nihil ſunt de finitione loquuti, an rei ommiſerint facilitate, facilè crederem, ſi non
4 eſſet ſermo de finitionibus, † in quibus, vel non eſt facilitas vlla, cum plenæ ſint ſcopulis, & frequētiſſimè periculis, vel maximis abbūdent,[c] vel ſi quę eſt in deſtruendis magis, quam in conſtruendis, vel omnium philoſo-
5 phantium Magiſtro Authore, pollet validius. † Verum ſi fortè difficultatem experti ommiſerunt, actum eſt de me: poterit ſolus homunculus, Iuuenis adhuc, qui primoribus labijs, vt aiunt, Ius Ciuile vix deguſtauit, quod grauiſſimos quosq; viros in eodem Iure Ciuili optimè verſatos terruit, intrepidè aggredi? Quod illi intactum penitus reliquerunt, integrum omni ex parte abſoluere? Quod præclariſſima Iuris noſtri lumina non ſunt auſi, meis ego tenebris illuſtrare tentabo? Sed poſtquam etiam in hoc vultis, vt animi mei ſenſa pátefaciam, quod eſt in mente libentiſſimè proferam, deſiderio veſtro ſatisfacturus haud ſcio.

c l. 201. de us Cagn. & DD.

6 ***Fiduciaria*** † (His enim verbis eius naturam commonſtrare aggrediar) *Tutela eſt illa, quæ Parente emancipatore mortuo ex Fiducia Cognationis Proximioribus Iure Ciuili datur*. Sunt quidem verba tum
7 ex Modeſtino,[d] tum ex Iuſtin.[e] deſumpta ferè omnia.

d l. 4. de legit. Tut.

e In verſ. Quo defuncto hic, & in §. pri. de Tutel. ſup.

Tentaui (an ſim aſſequutus alij iudicent) in hac De-
8 ſcriptione eas partes inſerere, quæ omnium teſtimonio alias concinniores reddunt. † Nam ſi non fallor, dum eas retuli ad Ius C. quod aliarum quoq; Tutelarum proprium eſt in hac non deſiderari, non leuiter ſum teſtatus † Ius quippe ciuile non minus Teſtamen-
9 tarias, vel Datiuas, quam eas, quæ communem appellationem propriam ſibi vendicauerunt, hoc eſt legitimæ, introduxerunt.[f]

f l. 1. de Teſt. Tut. Sylu. nu. pri. & alij in rub. de legit. agn. Tut.

Illæ tamen mox excluduntur à verbo (Datur) † cum

vna Teſtatoris . g altera verò non ſine Iudicis miniſterio conſtituatur . h

Iſtæ verò ex pluribus ſecerni poſſunt egregiè, & quidem quæcunq; ex tribus illis, quæ ex xij. Tab. legibus 10
veniunt, ſeparatur ab illo adiectiuo (Proximioribus)
quod profectò non poteſt quadrare Legitimæ Agna- 11
torum, † quę non ſola proximitate contenta, agnatio-
nem expoſcit, i quę excluditur ēt à voce (Cognationis.) 12
Nec minus legitimæ Patronorum, † quæ nec Proximitatis, vel Cognationis, ſed Patronatus ſolo iure nititur . k Nec tandem legitimę Parentum † cum ſolis Emancipatoribus, l non quibuſcuuq; detur proximis Cognatis; ex quo clarius etiam excluditur ab ijs ver-
bis (Mortuo Parente Emancipatore) quippè cum, eo 13
tantum viuente, vigeat.

Porrò hæc eadem verba mirificè apta ſunt ad ſeparandam hanc noſtram Fiduciariam ab alijs quibuſcũq;
Fiduciarijs † quoniam, & quæ datur naturali, & quæ 14
ficto Parenti, cum in eadem perſona collocetur, m eoſdem viuos expoſcit, morte verò terminatur eorundem. † Accedat, quod iſta Proximitas fortè non quadraret inter Patrem, & Filium . n

At dicent, prædicta communia eſſe ijs Tutelis, quæ 15
poſt inductas ſucceſſiones de Iure Prætorio dabantur, de quibus ſuo loco dicemus. o Sed referam † eam quo-
que viuis Emancipatoribus locum habuiſſe, cum & hi 16
ad ſucceſſionem ex capite tertio vocentur . p Tum di-
cam, eas prorſus excludi, cum IureC. inducatur iſta 17
illæ Prętoris Edicto † quod longe diſtat . q Tandem in hoc quoquè nitar, illas cum iſtis non eſſe cõfundendas, cum à legitimis Prætorij actus non modicè diſcrepent. r

Conuerſionem † autem, & cœtera Definitionis propria ſ in hac reperiri ſilebo, cum ex dictis cuicunq; patere poſſint.

g §. Permiſſ. de Tut. d. l pri. de Teſt. Tut. facit l. 5. de legit. Tut.
h Inſ. de Atti. Tut. per totũ.
i l. pri. de leg. Tut. & ſup. de leg. agn. Tut. per totum.
k l. 3 de legi. Tut. & ſup. de leg. Patr. Tut. per totum.
l § Præterea infra ſup. Quibus mod. Ius. patr. pot ſol. & de leg. Pat. Tut.
m Demonſtr. ſup. cap. 4. & cap. 5.
n l. In ſuis de liber. & poſt. Alc. 3. Pareg. c. 25. Rebuff. ſal. 92. de uer. ſignif.
o Inf. 9. cap.
p Dictam inf. d. c. 9.
q Inf. cap. 8.
r §. Quos aũt de bon. poſſ. vbi DD. & in rub. C. Qui admitt. latè.
ſ Quę latè poſt Dialecticos tractat noſtri in l. omnis definitio de reg. Iur. & Agric. in dialect. leg.

RE-

RERVM NOTAE.

1 *Fiduciaria Tutela conceſſa ob Fiduciam, quam lex habet in perſonis coniunctis.*
2 *Craeſi Filius ex muto loquax ob affectionem ergà Patrem.*
3 *Seleucus pro filio oculo orbatus.*
4 *Filij Adlatorigis Reguli vitam viciſſim pro alio poſuerunt.*
5 *Coniuncti ſine mandato agunt pro coniunctis.*
6 *Conſenſus conſanguineorum purgat præſumptionem fraudis.*
7 *Tutores coniuncti ſuſpecti non turpiter eiciuntur*
8 *Coniuncti citrà periculum poſſunt auxilium dare coniunctis exulibus.*
9 *Excõmunicati poſsunt cum coniunctis conuerſari.*
10 *Non malè præſumitur de Fæminis commorantibus cum coniunctis perſonis.*
11 *Hæreditates poſsunt relinqui ſub fide aliena.*

Qua ratione ſit introducta Fiduciaria Tutela. Cap. VII.

SVPEREST, vt explicemus qua ratione hęc, de quã tractamus, Tutela introducta ſit, vel à legibus permiſſa; & licet ex dictis [a] aliqua in parte poſſit comprę- hendi, vt tamen clarius conſtet, dicam † Fiduciariam tutelam à legibus inductam ob ſpem, ac fiduciam, quam ijs pietas, caritas, atq; amor propinquorum certo

[a] Cap. 4. paſſim.

1

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

generis humani dos) periculo domi, & foris, omni loco, omni tempore commorari creditur, [n] & alia permittuntur quamplura, quæ apud Matthæum de Afflictis, [o] & alios poſſunt commodè à quocunq; legi.

Mirum ergò non eſt ſi in hoc quoq; tàm profuſè fiduciæ vela iura noſtra extenderunt, & tàm liberè, ac prodigè fiduciarias tutelas coniunctis crediderunt:
11 integrum eſt hominibus adeò Amicis fidere, † vt quæcunq; in hac rerum vniuerſitate habēt ijſdem committant, [p] & fideicommiſſariam hæreditatem relinquant; [q] ſanguine iunctis, ac neceſſitudinis vinculo obſtrictis fiducia eadem tutelas committere legib. non licebit? [r]

m c. inter alia De ſent. exc.
n c. cum in iuuentute extra de præſumpt.
o In Tract. de Iur. prothom. ſup. rub. conſt. Fid. Imp. n. 13 cū plurib ſeq. & ante cum Rom. in l. 1 ff. in ius uoc. vt eant. n. 9. late.
p Iuſt. in pr. de Fid. hęr. gloſſ. in l. 46. ad Trebell.
q l. fin. C. De reb. credit. &c. l. 9. ff. de reb. cred. cert. pet. Bud. in l 2. De orig iur. Cōn. lib. 7. com. 1. c cap. 4. n. pri.
r Arg. l. fin. ubi DD. C. de Fideiuſſ. gloſſ. in l. 8. in fin. uer. hęredis. ff. De nou. ope. nūc. Euer. in Top. loco 120.

RERVM NOTAE.

1 *Duarenus exiſtimat Fiduc. Tutelam non eſſe ex legitimis.*
2 *Tutelæ legitimæ ſunt, quæ tantum à lege xij. tab. veniunt.*
3 *Fid. Tut. inducitur expirante legitima, & n. 25*
4 *Emancipatio tollit agnationem.*
5 *Agnatio eſt fundamentum Tutel. legitimarum.*
6 *Hotomanus putat Fiduc. Tutelam conumerandam inter legitimas.*
7 *Arguitur à partium enumeratione.*
8 *Fiduciaria Tutela per ſe ſubſiſtit.*
9 *Teſtamentaria Tutela ordinatur in teſtamento.*
10 *Datiua Tut. venit ex Decreto Iudicis.*
11 *Non quæritur de Fiduc. an ſit legit. modo quodam generali, ac communi, ſed magis ſtricto.*
12 *Auctoris ſententia Fiduc. Tutel. eſſe legitimam.*

13 Com-

13 *Compilatores inſeruerunt Fiduc. Tutelam inter legitimas.*

14 *In Modeſtini reſp. agitur de Fid. Tut.*

15 *Ex Iuſt. Fid. Tut. eſt cõnumerata inter legit.*

16 *Dictio, (&) coniungit.*

17 *Donatio eſt acquiſitio Iuris Ciuilis.*

18 *Tutela inducta à lege ob ætatis imbecillitatem.*

19 *Lex in danda Tutela duo ſpectauit, ſanguinis neceſſitudinem, & commodum ſucceſſionis.*

20 *Qui habet commodum, debet habere incõmodũ.*

21 *Fiduc. Tut. nititur ex ſanguinis neceſſitudine.*

22 *Quando dicimus Fiduc. Tut. eſſe legitimam, non per hoc dicimus pendere ex lex. xij. tab.*

23 *Fiduciaria Tutela non perit mutatione ſtatus.*

24 *Non omnes legitimæ Tutelæ pereunt capitis diminutione, ſed tantum quæ dantur Agnatis.*

26 *Deficiente Tutela, leges Curam induxerunt.*

Fiduciaria Tutela ſit, vel nè legitima. Cap. VIII.

PLVRIBVS profectò in locis eſt facta ſuprà huiuſcæ tutulę cum ſuperiori parentum, & alijs quoq; legitimis tutelis collatio; aliquandò tamen ex verbis noſtris videtur ab illis ſeiuncta, ex quo exitabit fortaſsè quiſpiam veſtrum, an ſit vel nè legitimas inter tutelas hęc fiduciaria connumeranda, quapropter, breui interiecta diſputatione, detegemus veritatem.

Franciſcus Duarenus eruditione, & iuriſprudentia inſignis [a] accerrimè † defendit negatiuã partem, prorſus 1

[a] In tit. de legit. Tutor. uer. eſt & alia.

ſus excludens à cõmercio legitimarum tutelarum hanc
fiduciariam, cuius hoc eſt fundamentum, magis angu-
2 guſtè quidem, ſed magis auguſtè propoſitum, † legiti-
mæ tutelæ, quarum tractatum Tribonianus incepit à
titulo De legit. agnat. tut. ſunt quæ deferuntur ex le-
gib. xij. tab. tum verbis expreſſis, vt in Agnatis, [b] tum
ex ſenſu, & ratione ipſarum, non minus tamen effica-
citer ex Vlpiano, [c] vt accidit in Patronis, [d] aut ad ſum-
mum in ijs, quę ad exemplum illarum poſſunt deduci,
vt ſunt parentes liberos emancipantes, [e] vnde Vlp. ad
Edict. [f] leges xij. tab. aſſeruit Tutores legitimos conſti-
tuere, nec à quo vis alio dari. Hæc verò nullo ex iſtis
capitibus defertur, quod citrà controuerſiam omnes
admittunt: legitima ergò dici nullo pacto debet.

Poſſumus hanc opinionem corroborare, quia tantũ
abeſt, vt fiduciaria ſit cum legitimus tutelis connume-
3 randa, † vt hæc potiſſimũ inducatur illa pereunte, [g] vel
tunc ſaltem, quando eſt penitus impoſſibile, vt illa de-
4 tur, emancipatio .n. debet pręcedere, [h] quę † cum tol-
5 lat agnationem, [i] quæ † pręcipuum eſt fundamentum
legitimarum tutelarum, [k] videtur quoq; Fiduciariæ
aditum intercludere, nè poſſit legitimis tutelis accede-
re, & hanc ſententiam ſequuntur etiam Ferrettus, [a] &
Aldobrandinus. [b]

6 Alteram partem, † alter quoq; Franciſcus defendit
Hotomanus [l] nempè, qui in exponendis his Inſtit. libris
nulli eſt ſecundus: Poteſt corroborare opinionem il-
7 lius ratio deſumpta † ab enumeratione partium, [m] fidu-
ciaria tutela teſtamentaria non eſt, non eſt pariter Da-
tiua, ſit ergò legitima neceſſe eſt.

8 Accedat fiduciariam tutelam † per ſe nullis fultam
adiumentis competere, vt in verſ. Quo defuncto. com-
monſtrat Iuſt. quippe cum verbum illud (ſunt) diſpo-
ſitionem in hoc ipſo iure vigere portendat, quę qua-

b Supra de legit. agnat. tut. & l. pr. in prin. De legit. Tut.
c l. 6. De uerb. ſignif.
d Sup. de legit. patr. tut. l. 3. ff. de leg. Tutor.
e Sup. de legit. pa. tut. l. 3. ĩ fin. de legit. Tut.
f lib. 35. in l. 5. ff. de legit. tut.
g Hic in verſ. Quo defunct. & in l. 4. ff. de leg. Tut.
h Ex Iuſt. hic in pri. & late dicemus. p. 3. cap. 6.
i Sup. De cap. dim. §. fin. & §. emancipati inſ. De hęred. quæ ab int. defer.
k Sup. in prin. de legit. agnat. tut. l. pr. in pri de legit. Tut. Vlp. in frag. c. xj. uer. except.

a Hic.
b Hic nu. 11. ver. ſi uero loquimur ante.

l In hoc tit.
m l. patre furioſo vbi DD. ff. de his qui ſunt ſui uel al. iur. §. in bonę fidei inſ. de act. Euer. in Top. loc. 96.

litas in ordinationibus à lege inuentis mirificè clareſcit
o quod nõ eſt in alijs, ex quo videmus† teſtamentariam 9
in teſtamẽto, p Datiuã † verò Iudicis decreto decerni. q 10

Quid ergò in hoc tum Auctorum, tum rationum conflictu eſt dicendum? anceps quidem eſt valdè, ac
difficilis reſolutio, pro qua tamen illud habetote † non 11
dubitari de fiduciaria tutela, an ſit legitima, modo quodam communi, ac generali quatenus à lege permittitur, r in quibus terminis, & teſtamentaria, & datiua legitimæ dici poſſunt, vt Syllueſter, ſ & cœteri tradunt, quoniam nulla eſt difficultas, ſed quęrimus, an merè, & ſimpliciter, modo quodam particulari eam decreuerit lex, quo iure, legitimæ nomen ei competat, & ratione quadam propria, ac peculiari. t

Liberè ergò dicam quod ſentio, † etiam infrà iſtos 12
anguſtiſſimos fines legitima tutela circumſepta, poterit & Fiduciaria compræhendi, quod nè prorſus temerè pronunciatum videatur, & auctoritate confirmo, & lege, & ratione.

Auctoritas eſt † nec ſolius Triboniani, qui certè eſſet 13
locupletiſſimus teſtis, ſed etiam cœterorum compilatorum, tum huius voluminis, tum etiam librorum Padectarum, qui palàm inſerentes fiduciariam tutelam inter legitimas, vt ibi in tractatu de Legit. Tut. u hic verò, dum alias legitimas pertractant, tacitè voluerunt demonſtrare, & hanc quoq; legitimam eſſe; cum quibus iungitur Accurſius, auctoritate quidem minor, atteſtatione tamen maior, cum verbis apertis nec vno in loco uu teſtatus ſit; ex quo non mirum ſi Minſing. x quartũ ei conſtituat locum inter legitimas tutelas, quod fortè
primũ ſtatuit Theoph. z quod tñ non audeo affirmare. 14

Et obſeruãdo leges, primo referam reſponſum† Modeſt. lib. 3. Differens. & quod cum ſit inter alias leges relatum, & committat liberis Manumiſſoris hanc fiduciariam

o l. pri & per tot. de legit.

p §. permiſſ. ſup. de Tutel.

q Inf. De Atti. Tut. vbi DD.

r l. 120. & l. 130. De ver. ſignif.

ſ Sup. de legit. agn. tut. n. 2.

t Sylu. d. nu. 1. & ſeq.

u l. 4. de legit. Tutor.

uu Hic in uer. ſ[illegible]toris, & in l. 3. C. de excep.

x Sup De Tut. §. eſt aũt n. 13.

z Inf. de Cur. in prin.

& l. 4. ff de leg. Tutor.

ciariam tutelam, ambigiendum nõ eſt quim à lege pro-
15 ueniat. † Confirmatur quoq; validiſſime ex Iuſt. dum hic dicit Eſt, & alia Tutelà, quę fiduciaria appellatur, & quę ſeq. optimè, etiam perpenſo verſ. Quo defuncto. probat enim primò dum prioribus verbus videtur adnectere, ac coniungere, propter quandam ſimilitudinem hanc turelam præcedentibus, quæ legitimæ ſunt;
16 † dictio, (&) copulat,* & coniungit ſimilia, & locutione
17 huiuſmodi eſt vſus pariter Iuſt.** idem † ad cõnectendã materiam donationum, cęteris, quę à Iure Ciuili emanant, hoc eſt poſt Vſucapionum tractatum. Tum verò in verſ. Quo defuncto. claram, & conſpicuam ſtatuit conſtitutionem, vel iam relatam à Modeſtino confirmat, decernens quandò, & quibus perſonis detur fiduciaria tutela; ex quo adeò perſpicuum eſt venire immediatè à lege, vt in media luce videantur cœcuſire qui huius veritatis fulgore pleniſſimè non perfundantur.

18 Demum, ratione quoque comprobatur: † lex enim conſtituit Impuberibus Tutores ex quodam Naturæ a præſcripto, quod ſuadet, vt qui ætatis impedimento præeſſe ſuis negocijs non poſſunt, nec minus ſe ipſos regere valent, non ſint penitus defenſore, ac Tuitore deſtituti, quod munus cum multum afferat oneris, b
19 ac impedimenti ijs, quibus demandatur, † duo quidem lex æque principaliter in decernendis Tutoribus reſpexit, primo ſanguinis coniunctionem, cum nulli melius, quàm coniunctis demandari poſſit, vt eſt iam abundè probatum, c poſtea verò commodum ſucceſſionis, vt compenſarent cum eo incommoda Tutelæ per
20 Modeſtini d regulam, † Eum ſequi commoda, quem incommoda ſequũtnr: & ſi fieri commodè poſſit vtramq; coniungit cauſam in decernendo Tutore, vt in Agnatis e Patronis, & ſpeciali indultu in Matre, & Auia.

* l. 36. §. nihil de leg. pri. l 2. Neq; cum qui in ius uoc. cũ ſimill.

** Inf. de Don. in princ.

a §. pen. inf. de att. Tut.

b §. Item tria inf. de ext. tut. §. plerũq; ſup. de legit. patr. Tut. & vbiq. DD. & Sylue. nu. 31. & ſeq.

d l. x. de reg. Iur. & tradũt DD. & Sylu. nu 30. d. §. fin. de leg. pat. tut.

e ſup. de legit. agn. tut. & de legi. pat. §. fin. & utrobiq; DD.

f d. §. fin. de legit. pat. tut. & ibi ſcribent.

g Auth. Matri & Auię quãd. mul. tut. off. fung. C. Aret. de leg. pat. tut. num. 8.

quod ſi harum vna ceſſet, mouetur altera ſola; nam, ammiſſo per emancipationem, iure ſuccedendi [h] confidit tamen † in ſanguinis neceſſitudine, quæ illęſa, naturæ vinculo copulata, permanſit, [i] & tutelas fiduciarias ſtatuit, à lege ergò immediatè venire manifeſtè probat ratio; quin ſit ergò legitima, exitandum non eſt. 21

Sed tollamus obices, quibus tanquam aggeribus Duareni opinio armatur: & quidem pro reſolutione primi, credimus ſatis eſſe ſi oſtendamus factam † deciſionem non eò tendere, vt velimus Fiduciariam Tutelam eo modo, quo Agnatorum Patronorum, vel Parentum tutelæ legitimæ dicuntur, hoc eſt ijſdem Decemuiralium legum capitibus, legitimam dici, ſed alijs fortè, vel ſaltem alia, [k] quæçunq; illa fuerit, lege; licet enim per excellentiam quamdam, ac antonomaſticè legitimæ dicantur tutelæ, quæ ex fonte legum xij. tab. proficiſcuntur, cœteræ quoque, quæ ab alijs ciuilibus conſtitutionibus emanant, vel ipſo Vlpiano Authore, [l] legitimæ, non iniuria dici, poſſunt: Quarè habeant, quantum vultis, alia principia illæ Tutelæ, pendeant ſanè, & proficiſcuntur ex illis tribus capitibus, hanc tamen non excludi à legitimis tutelis non ambigimus. 22

Hæc infringunt, mea ſententia, aliam quoq; argumentationem verè ſatis tutè; poteſt enim commodiſſimè contingere, vt illæ pereant, hęc verò introducatur, cum ab alia lege veniat, [m] nec ex illorum numero ſit, † quæ mutatione ſtatus pereunt, cum non ratione ſucceſſionis, vel agnationis, quę corruunt capitis minutione. [n] ſed ob fiduciam, quæ per eam nulla in parte minuitur, inducta ſit, atq; conſtituta: [o] † quin nec illæ ipſæ, quæ legitimæ appellantur, omnes pereunt illa commutatione ſtatus, ſed tantum, quę dantur Agnatis, ſi mutationem conditionis referimus ad emancipationem, vel arrogationem. [p] 23 24

h §. Emancip. De Hered. ab inteſt. def.

i §. fin. de legit. patr. tut. facit §. fin. ſup. tit. 2.

k Bar. in l. 3. §. fin. in fin. ff. de legit. tutor.

l In fragm. tit. xi. verſ. legiti. tutores.

m Bart. in d. l. 3. §. fin. in fin.

n l. 7. ff. de cap. min. §. fin. ſup. de leg. agn. tut.

o Supra cap. 6.

p d. l. 7. de cap. min. l. 2. ff. de leg. Tut. Duar. de leg. tut. i fin.

Acce-

25 Accedat † quod etiam nec illę ipſę, quæ concidunt, diminuunt vim huic noſtræ, vel eam deducunt ex numero legitimarum tutelarum, quoniam leges, hoc ipſo, quod ijs interdicitur aditus, huic viam aperire voluerunt, nè impuberes deſtituti defenſore, læderentur; q
26 † non ſecus, ac Curatorem induxerunt, vnà cum pubertate completa tutela. r

q Hic verſ. Quo defunct. & inf §. fin. de Attil. Tut. & l. 4. de leg. tut.

r Inſ. de curat. in princ.

RERVM NOTAE.

1 *Diſtinguntur varia ſuccedendi tẽpora, & nn. ſeq.*

2 *Lege xij. tab. cap. minuti, & eorum deſcendentes Agnat. ſucceſſione, & tutela excludebantur.*

3 *Emancipatione facta, Contracta Fiducia, Parentes emancipates, non alij ſuccedebant emancip.*

4 *Prætores ex varijs capitibus excluſos admiſerunt ad ſucceſſionem.*

5 *Prætor admittit primum emancipatos ad ſucceſsionem ex triplici capite.*

6 *Tempore D. Hadriani factũ fuit Senatus C. Tert.*

7 *Anaſtaſius, & Iuſt. auxilium præbuerunt emancipatis.*

8 *Anaſtaſius induxit emancipationes fieri reſcripto Principis.*

9 *Iuſt. induxit emancipationes cenſeri factas Contracta Fiducia.*

10 *Idem Iuſt. emancipatos æquauit non emancipatis, & num.* 11.

12 *Fiduciaria noſtri Tit. antiquiſſimo tempore non erat in vſu.*

13 *Niſi*

13 *Niſi emancipatio eſſet facta contracta Fiducia.*

14 *An mortuo Fiduciario patre tutela impuberis pertineret ad Coniunctos Fiduciarij, an ad Cognatos impuberis, & num. ſeq.*

15 *Laudatur Bonifacius Colyn. & Sauinus de Sau.*

16 *Cognatis datur Fid. ſi non ſint, qui iure patronatus ſuccedant emancipato.*

17 *Bart. repellit à Tutela legit. ſuccedentes Iure prætorio, & cum eo Ias. & Syl.*

19 *Contra eſt Salic. & cum eo Angel. & num. 25. & ſeq. & num. 28.*

19 *Tutelæ ſunt, vel à lege, vel à Teſtat. vel à Iudice.*

20 *Tutela datur ei, qui hæres futurus eſt, & nu. 23.*

21 *An, qui ſuccedit Iure prætorio ſit etiam Tutor.*

22 *Qui habet commodum debet habere incōmodum.*

24 *Succedens ex Statutis debet eſſe Tutor.*

26 *Actio de Dolo contrà eum, qui deſijt dolo poſſidere eſt prætoria etiam.*

27 *Actio inducta ex cauſa prætoria dicitur Iunig.*

29 *Tutela à Prætore dicitur legitima, habens cauſam à prætore.*

30 *Tutela dicitur ex mente leg. xij. tab. ſi ſucceſſio detur ab illis, vel ſimlibus, vt SC. & Conſtit.*

31 *An ſtatuta ſint Ius Ciuile, vel Prætorium.*

32 *Vocatus à Prætore excludit vocatum Iure Ciu.*

33 *Tutela ex cauſa prætoria inducta, impedit Fid.*

34 *In Tutela ex prætore ineſt duplex vinculum.*

35 *Prætor corrigit, ac tollit Ius Ciuile.*

36 Fi-

36 Fiduciaria Tutela eſt ſubſidiaria.
37 Tertio tēpore Parentes filijs ſuccedunt ex Tertyl.
38 Tertio tempore Fiducia erat in ſuo robore.
39 Quarto tempore Fid. impedita in parte ab Anaſt.
40 Anaſtaſij cōſtitutio nō extenditur vltrà Fratres.
41 Tempore Iuſt. in parte vigebat Fiduciaria.
42 Qui deinde minuit vires illius.
43 Hodie nec legit. Parent. nec Fid. vigent.

Fiduciaria Tutela quando locum haberet, & an hodie vigeat. Cap. IX.

ILLVD quoq; ſcire conuenit ad integram tractatus cognitionem, quando hæc Fiduciaria Tutela fuerit in vſu, & an aliquo caſu hac noſtra tempeſtate detur; quæ, vt plenius à nobis declarentur, quoniam
1 datur excluſis à ſucceſſione, [a] operæ pretium eſt referre primum † quando, & quo iurè perſonæ, quibus datur, excluſæ ſint à ſucceſſione, vel ad eam ammittantur, ideò referam tempora diuerſa, quibus diuerſa leges ſanciuerunt.

2 Primum fuit tempus, † quando xij. tab. leges nullo iure prætorio imminutæ, nullis [b] Senatorum decretis commutatæ, aut principalibus Conſtitutionibus interuerſæ, priſtina virtute, priſtino robore vigebant, quo capite minuti, quiq; ab ijs deſcendebant nullo in precio, nullaq; in agnatione habebantur, [b] ideò à Parentum aliorumq; ſucceſſione prorſus remouebantur. [c]

3 Verum ſi illis temporibus † contractus Fiduciæ in emancipationibus adijciebatur, ſoli Parentes emancipantes, non alij ab eo coniuncti [d] emancipato ſine filijs decedente, ſuccedebant [e] ad inſtar Patronorum. [f]

Se-

a Bart. in l. 5 §. fin. in fin ff. de legit. tut. Ang. in l. 4. C de legit. tut. in fin. Et VBS. verſ. Quare nec ſub n. 4. in hoc tit.
b Iuſt inſ. de ſucceſſ cog in pri. verſ. Nam agnati.
c §. Emancip. de her. ab int. ven. §. ſecūdū. de senat. orph.
d §. fin. inſ. De legit. agn ſuc. l. fin. C. de emācip. lib. Sylu & Ferr. hoc tit.
e § fin. inſ De legit. agn. ſuc. & ibi DD.
f § pri De ſuc. libert Sylu. tit. ſup. nu 5 verſ. Quo ſtante.

Secundum tempus, fuit quando Iuriſdictio Prętoris vigebat † Is circa ſucceſſiones potiſſimum oculos conuertit, & multos ex varijs capitibus, quæ Tribonianus 4
congeſſit infra lib. 3. [g] ad ſucceſſiones admiſit: † Primò 5
enim compotes fecit filios emancipatos mero Iure Ciuili prorſus excluſos, quos vocauit eo capitè, quod appellatur, Vndè liberi. [h] Tum ex 3. capite, cui nomen indidit. Vndè decem perſonæ: Patrem Matrem, Auum Auiam, Filios, & Nepotes vtriuſq; ſexus, Fratres, & Sorores, non obſtante emancipatione, vocauit.[i] Tandem ex 4. capite Cognatos proximos quoſcunq;, ideò illud dixit. Vnde Cognati.[k]

Tertium tempus illud fuit, † quo Imperij Romani
ſceptrum Imperator Hadrianus retinuit, centeſimo vi- 6
geſimo anno poſt humani generis Reparatoris natiuatatem, aut non multo ſecus,[l] tunc enim ſuadente quodam Tertullo, de quo non ſat bene conueniunt Scribentes, vt refert Minſingerius,[m] factum fuit Senatus-Conſultum, quo patri Filij emancipati ſucceſſio fuit delata,[n] nec non Auo, & Matri ante eum, quàmuis ille emancipando fiduciam contraxerit.[o] Fratres verò, cum cœteris tranſuerſalibus, & alijs quibuſcunq; præter dictos, vt iam erant, penitus excluſi remanſerunt.[p]

Quartum, † & poſtremum tempus fuit, quo reſcri- 7
ptis Imperatores Romani, ſeu Conſtant, iura condebant, ex quibus duo potiſſimum in re noſtra circà emancipatos aliqua ſtatuerunt, Imperator Anaſtaſius, & Iuſtinianus, qui poſt illum, duobus principibus tantum intercedentibus, primas Imperij obtinuit.[q]

Anaſtaſius enim voluit † vt in emancipandis liberis 8
ſolum Principis reſcriptum ſufficeret, ità enim ipſe A. Conſtantino reſcripſit,[r] anno duodecimo ſui imperij, regnauit, ſi Minſingerio credimus, annis xxvj. poſt Di-

uini

g Tit. de Bon. poſſeſſ.
h l.fin. §. cum igitur C. de legit. hæred. §. emancip. de hęred. quę ab int. defuct. vbi Theoph. §. sũt aũt vbi DD. inf. de bonor. poſſ l. pr. in fin. ff. Quis ord. in bon. poſſ. ſer. l. 2. ff. vnd. lib.
i d. §. ſunt aũt, & §. pri. de ſuc. cognat. vbi Theoph.
k d. §. ſunt aũt & ibi DD. de bon. poſſ. & d. l. pr. Quis ord. in poſſ. bonor. ſer.
l Minſing. inf. ad Tertyl. in pri. nu. 3.
m d. nu. 3.
n l. 2. §. obijcitur ff. ad Tert. l. 2, C. eod. Fab nu. 4. hic, & Aret. nu. 2. & n. 4 in pri. ſup. deleg. agn. tut.
o d. l. 2. §. ſed neq; & l. 5. ff. ad Tertyl.
p Fab. d. nu. 4 & Aret. 2.
q Minſing. in princ. inf. De ſuc. cogn. n. 3.
r l. 5. C. de emanc. lib.

nini Verbi incarnationem Quadringenteſimo nonageſimo ſecundo, vel circà.[r] Alia tamen conſtitutione, ad noſtra hęc tempora ex ſola Iuſtiniani commemoratione,[t] traslata, decreuit ad Fratruum, vel Sororum ſucceſſionem cum fratribus integri iuris capite quoq; minutos accedere, in duabus illos, hos verò in vna tantum
9 hæreditatis parte.[u]

At Iuſtinianus deindè † hos emancipatos non minori amore, quàm leges xij. tab. odio proſequutus, plura edidit ad eorum fauorem decreta: liberauit emancipatores à cura interponendę Fiducię, quippè cum ad Io. Præfectum conſtitutione miſſa anno 533. noſtrę ſalutis, ſtatuerit Fiduciam contractam in emancipationibus quibuſcunq; cenſeri.[x]

10 Tum verò poſt tertium annum, † diſcrimine Anaſtaſiano ſublato, ijſdem emancipatis ēt vnà cum integri iuris coniunctis æquè Parentibus, ac Fratribus, & ſororibus, & alijs vſq; ad tertium, gradum, forma tamen in conſtitutione deſcripta, liberè ſucceſſionem dedit.[y]

11 Nec ſolo hoc contentus beneficio, † ſtatuit demum, nè emancipatio quibuſcunque agnatis ſucceſſionem impediret, vt perinde ſuccederent, ac non ſequuta emancipatione.[z]

12 His ſic poſitis non multum operæ eſt, quod quærimus ſtatuere; † nam primo illo antiquiſſimo tempore, noſtra hæc Fiduciaria Tutela, dum in emancipatione pactum Fiduciæ quoque non interponebatur, locum vllum non habebat, naturalis Parens adeò liberè Filium ſuũ Fiduciario Patri committebat, vt penes ſe ius nullum remaneret, cum filio .n. & ſucceſſio, & tutela transferebatur.[&] Ex quo tunc ſolum florebat, quan
13 do † per contractum fiducię Pater naturalis, ius ſucceſſionis, & tutelarum integrum ſibi conſeruabat: eo .n. defuncto, dabatur fiduciaria ijs coniunctis,[a] de quibus

E infrà

r d. num. 3.
t l. fin. C. de legit. hęr. & inf. de ſucc. cogn. in princ.
u d. l. fin. §. cũ igitur Theop. De ſuc. Cog. in pri. & Minſin. nu. 3.
x l. fin. C. De emanc. lib. §. fin. de leg. agn. ſucc.
y d. l. fin. §. cũ igitur C. de legit. hæred.
z §. nullam, & §. ex his auct. de hęr. ab int. ven. l. meminimus, et auct. ceſſante de legit. hęred. hic Plat. inf & Syl. nu. 11. & Sup. ti VBS. uerſ. emancipauerit. Sylu. n. 5. uer. Quo fit ibid. facit Caius. lib. pri. Inſt. cap. 7. in fin.
a l. 4. ff. de legit. tut. & Iuſt. hic verſic. Quo defunct.

infrà ſuo loco dicemus.[b]

Verum † mortuo fiduciario Parente, emancipato 14 adhuc impubere, noſtri non declarant cuius in tutelam ſubintret, an Cognatorũ ſuorum, an Coniunctorum Patri fiduciario, quos † Sauinus de Sauinis (tunc Scolaris, 15 nunc & Doctorea, & Sacerdotali dignitate inſignitus) illa ſua grauitate, non ſine gentilitia quadam emulatione tuebatur die externa, aduerſus Bonifacium Colyn. Aquiſgranenſem Buſdal Dominium, modeſtè non minus, quàm acutè pugnantem pro Cognatis, quos duplex vinculum armabat ſanguinis coniunctio, & fiducia legis; cum pro coniunctis certet ius hęreditarium, ſi ad eos, tanquam ex liberto competit munitum facto Parentis, quo ceſſat ordinatio leg's,[c] cum qua longè mitius ſolemus agere, quàm cum hominibus.[cc]

Ego demum in hoc concurſu Fiduciæ legis, & facti 16 hominis † ità demum fauerem Cognatis, ſi nullus ſit, cui, tanquam Patrono, ex coniunctis deferatur ſucceſſio impuberis; ei nanq; darem tutelam ex capite legitimæ Patronorum., quæ pariter ex modo ſuccedendi regulatur,[d] ad Cognatos, ijs non exiſtentibus, ſolum confugiens.

Perſcrutemur iam quid ſecundo tempore; & quidem maximum in ſcopulum, ni fallor, incidimus, pugnandum erit fortè cũ grauiſſimis viris; fulmen namq; illud ingeniorum † Bartolus,[e] dum repellit à tutela le- 17 gitima ſuccedentes beneficio Prætoris, dat tacitè locum Fiduciariæ: † contrà Salicetus[f] videtur negare; 18 hunc ſequitur Angelus de Aretio,[g] illum Iaſon,[h] & Syl ueſter,[i] Accurſius autem, quaſi clypeum vtriſq; allaturus, nunc affirmauit,[k] nunc verò negauit.[l]

Fauet hæc ratio Bartolo, † Tutelas nempè vel à te- 19 ſtamento pendere, vel à lege, vel à Iudice,[m] fruſtrà ergo à Prętoria iuriſdictione Tutorem quęrimus.[n] Sali-

ceto

b Pact 3. cap. c. & ſeqq.
c l. fin. de pact. conu. l. in atitus de Proc. in lib. C.
cc l. 28. de Arb. Aretin. in §. pręiud. de act.
d l. 1. & l. Tutela de legi. her. §. fin. de legit. patr. Tut. cum ad d. à DD. & Syl. nu. 27. hic
e In l. 4. ff. de leg. tut. nu. 2.
f In l. pri. C. de legit. tut.
g In princ. de leg. agnat. tut. nu. 4.
h Ad Port. hic nu pri. gloſſ. liberi.
i Hic nu. 11. ver. ſi verò in emancipatis.
k In l. pri. ff. de leg. tutel.
l In l. pr. C. de leg tut.
m Gloſſ. in d. l. pri. ff. de legit. tut.
n l. adigere de Iur. patr. §. in bonefid. inſ. de act. Euer. loco 96.

ceto generalis illa legum xij. tab. † volunt enim Tute-
20 lam ijs dari, quibus hęreditas defertur:[o] at ex hypotheſi
ſupponimus perſonas, quibus demandatur fiduciaria
tutela, ex edicto ſuccedere;[p] habeant ergò, vt accidit
Patronis,[q] & Parentibus[r] emancipantibus, tutelam,
neceſſe eſt.

Sic rationum hoc, & auctoritatum vallo circumſe-
ptus, quam partem ſequar, valdè ſum anceps, animi
mei ſenſum explicabo, alij ſint Iudices.

Habet propoſita difficultas triplicem inſpectionem:
prima, An, qui ſuccedit ex iure prætorio ſit quoq; Tu-
tor, ſecunda dato quod ſit, cui generi aſcribatur, an ſit
legitimus, tertia cuiuſcunq; generis ſit, an Fiducia-
rium excludat: abſoluam vnamquamq; eodem ordine.

An qui † ſuccedit ex iure Prætorio ſit quoq; impu-
21 beris Tutor, non videtur eſſe in dubiũ reuocandum ex
22 communi reg. † Eum ſequi commoda &c.[ſ] & ex par-
ticulari in materia tutelarum, † Vocari nempè ad tute-
lam eum, qui ad ſucceſſionem admittitur,[t] etiam nouis
ordinationibus, vt videmus cõtingere in vocatis à Se-
23 natusC.[u] & † quod magis eſt, à Municipij quoq; conſti-
24 tutionibus:[x] & in iſtis terminis loquitur Accurſius,[y] &
qui per eum mouentur, Salic.[z] & Angelus de Aretio,[&]

Difficilior certè eſt alterius capitis reſolutio, & in il-
25 la potiſſimum relati DD. torquentur: † ego tamen non
damnarem eos, qui non magis credũt tutelam hanc eſſe
legitimam, quàm ſit à Pręt ore inductus ſucceſſor legi-
timus:[a] prætoriam appellant Salic.[b] & Aret.[c]

26 Confirmatur † actione de Dolo, aduerſus eum in-
tentata, qui dolo deſijt poſſidere, Prætoria nuncupa-
ta, cum in hoc caſu Ius ciuile non cauiſſet.[d] Sed †
27 certè poſſet euitari, ac potius ipſam actionem in com-
muni conſideratam reſlecti, quæ licet ex Prætoris fa-
cto proficiſcantur, remanet tamen Iuriſgent. cum Pręt-

o §. fin. ſup. de leg. pat. tut. vbi DD. autho. ſicut C. de legit. tut. & l. 4. ibid. & l. fin. C. de leg. hęred.
p d. §. ſunt aũt de bon. poſſ.
q Sup. de legit. patr. tut.
r Sup. de legit. par. tut.
ſ l. x. ff. de reg. iur.
t d. Auct. ſicut de leg. tut d. §. fin. de leg. pat. tut. l. fin. C. de leg. hæred. & late inf. p. 2. cap. 4.
u Sylu. hic nu. 11. in prin.
x Bart in d. l. pri. ff. de legit. tut. nu. 1. Sylu. d. nu. 11.
y d. gloſſ. l. pri. C. de leg. tut.
z d. l. pri. C. de legit. tut.
& d. pri. de leg. agn. nu. 4.
a §. Pręt. edicta, & ibi DD. ff. de bon. poſ.
b d. l. pri. C. de legit. tut.
c d. pri. de leg. agn. tut. ſub num. 4.
d Donell. in §. ſed et hodie de act. nu. 14. & ſeqq.

tor excitet tantum inſtrumentum ab illo iure repertum, prout in ſimili Ariſt.[dd] quem Vac. à Vac.[ddd] ſequitur lecticam, & veſtimentum Naturæ dixit eſſe inſtrumenta, nè dum artis, cum Natura materiam ſuggerat, quod non eſt in ſucceſſore Prætorio, quippè cum antè
edictum, Bonorum poſſeſſionis nec nomen, nec auxiliũ 28
eſſet cognitum.[e] Ex quo † non ſolum VBS. eſt auſus dicere Prætorem non facere Tutorem.[f] Sed Grammat.
expreſſe eum appellat legitimum.[g] Dicam igitur, † & 29
fortè rectius, exemplo Donelli,[h] (quem ſum alias ſequutus ad Tit. de Act.) Tutelam hanc legitimam, ſed cauſam habentem à Prætore, cuius intuitu, vt Prætoria conſiderari poteſt.

Hoc † concinit ſententiæ eorum, qui credunt Tute- 30
lam ex mente leg. xij. tab. ſolummodo dici quando ſucceſſio datur ex illis, vel legibus alijs, cum quibus commercium habeant, & affinitatem,[i] vt ſunt ConſultaSenatus, Principum conſtitutiones, ac ẽt Iura municipa-
lia, † ſi referantur ad Ius Ciuile,[k] non, ad aliorum men- 31
tem, ad prętorium, vt creditur potiſſimum, ſi à Marchionibus, vel Magiſtratibus alijs, ſuperiorem habentibus, & ab ipſis Eccleſiarum Præſulibus[l] ſint ordinata.

Poſtræma, quæ magis accedit ad id, quod quęrimus,
ſic eſt reſoluenda, † quemadmodum vocatus à Præto- 32
re, petens bonorum poſſeſſionem, excluderet legitimum hæredem, † ſic debet Fiduciariam tutelam adi-
mere, potentior enim erit illa † prætoria duplici vin- 33
culo copulata,[m] duplici conſtricta nexu, naturę nempè, 34
& ſucceſſionis; ad Tutelæ ius transferendũ quodcunq; egregie potens.[n] Accedat etiam, quod maiores debent
eſſe in hoc vires Prętoris, † quoniam ſuis edictis corri- 35
git, emendat, & ſi opus fuerit, etiam in totum, tollit ciuilis iuris conſtitutiones,[o] mirum ergò non erit, ſi inducendo ſuas tutelas, eas, quas Ius ciuile decreuit,

abij-

dd lib. 2. Phiſ.
ddd Decl. 75. lib. 1.
e Gloſſ. in l. 2. de Fid hæred. pet. Ang. conſ. 202. Gomeſ. de Act. in pri. nu. 32.
f Hic. nu. 4.
g Hic nu. pri. in fin.
h d. §. ſed iſte nu. pri.
i Iaſ. ad Port. Verb. liberi. & Gramm. d, nu. 2. hic.
k Syl. hic nu. 11. DD. in tit. ſup. de legit. patr. tut.
l Bart. in l. fin. de pęn. DD. in §. ſed iſte de Act. Aret. nu. 6. Iaſ. nu. 27. Gomeſ. teſtaſ. de Com. n. 22. & ſeq. & Minſing. nu 7.
m Argu. §. ſed hodie ſup. de Adopt.
n d. § fin. ſup. de legit. patr. tut. d. Auct. Sicut. & l. fin. C. de leg Tut. cum vulg. faciunt d. ſup. cap. 6. & inf 2. par. cap.
o l. 7. in fin. ff. De Iuſt. & iur. Rainal. Corſ. lib. 3. indeg. iur. cap. 4. nu. 3. & ſequ.

abijciat, atq; proſternat. † Tandem ambiguitatem om-
36 nem tollet ipſius Fiduciariæ natura, eſt enim à Iure ci-
uili in ſubſidium introducta, [p] ideò, alia exiſtente, illius
prorſus uis ceſſabit.

37 Tertio autem tempore † cùm ſoli Parentes admitte-
rentur ex Tertylliano SenatusConſ. [q] ad ſucceſſionem
emancipatorum, qui iam legitimi Tutores impuberum
38 dicebantur, [r] nec † in fracta, nec vlla in parte eſt dimi-
nuta uis Fiduciariæ tutelę, quod Faber [ſ] Aretinus, [t] &
Syluester [u] ſentiunt.

39 Tandem quarto, & vltimo tempore † clarum eſt Fra
tres non potuiſſe arripere Fiduciariam tutelam, & quia
aliqua [x] inter eos erat ſucceſſio, & quia legitimos de-
40 clarauerat ſua conſtitutione Anaſtaſius: [y] illa † tamen
vltrà Fratres, ad alios non extendebatur.

Hinc patet † florente quoq; Iuſtiniano floruiſſe Fidu-
41 ciariam Tutelam in caſibus ſcilicet, in quibus Anaſtaſij
42 conſtitutio non repugnabat: † Fuit poſtmodum ali-
quantulum ab eo diminuta, dum vltrà fratres, & ſoro-
res, alios etiam, ad tertium vſq; gradum, hæreditatis
prædicta noua conſtitutione ad Io. Prçfect. compo-
tes fecit. [z]

At poſtquam † idem ſacratiſſimus Princeps in ſuc-
43 ceſſionibus prorſus diuerſitatem ſubſtulit, & quam ni-
mio legum xij. tabul. rigore Ius Ciuile introduxerat, [a]
omnem vim illius penitus confregit; ità vt non ma-
gis, quàm tutela legitima Parentum, [b] hęc quoq; Fidu-
ciaria competere poterat; Ex quo ad hæc noſtra tem-
pora, nec vmbra quidem Fiduciarię peruenit, & om-
nes tutelæ eodem pariter ciuili iure ſunt legitimæ, ver-
bis, vel ſaltem mente, & ratione Decemuiralium le-
gum inductæ.

p l. Salic. d. l. pri. C. de legit. tut.
q d. l. 2. §. obijcitur ad Tertyl. & l. 2. C ad Tertyll.
r Sup. de legit. par. tut.
ſ Hic nu. 4.
t Hic n. 2.
u Hic nu. 11. circa medium
x d. l. fin. C. de leg. hęr. d §. pr. inf. De ſucc. cog. Gramm. hic nu. 2.
y l. 4. C. de leg. tut.
z d. l. fin. §. fin. C. de leg. hær. & d. §. nullam & §. ex his auth. de hęr. ab int. ven. & d. l. meminimus, & auct. cum ceſſante C. de legit. hær.
a §. emancip. inf. de hęr. quę ab int. def.
b Hic Fab. nu. 6. Aret. nu. 3. Ferr. in fin. Gramm. nu. 2. Syluest. n. 11. Io. de Plat. in princ. Accur. gloſſ. Atqui Azz. in rub. C. de leg. tut. n. 8.

PARS SECVNDA.

RERVM NOTAE.

1 *Variò modo Scribentes diuiſerunt hunc textum.*
2 *Diuiſio ſecundum Auctorem.*

Diuiſio Textus. Cap. I.

DECET iam, relatis ijs, quæ ad Rubri-
cę cognitionem conferebant, textum ip-
ſum explanare, quod vt commodius,
& cum veſtro maiori fructu, ac facilita-
te exequar, [a] primo † loco eum diui- 1
dam, non tamen DD. Aretinis [b] profuſè nimis, nec
nimis parcè diuidentibus Florentinis [c] aſſentiar, ſed ſe-
quutus Papienſes, [d] Tres accommodabo textui noſtro
partes: nam, vt videre eſt † in principio proponit de fi-
duciaria Tribonianus, & eam exemplis patefacit. Tum 2
in verſ. Atqui patrono legitimo, &c. Excitat quoddam
obiectum, referens rationem differentiæ. Tandem ibi.
Ità tamen, &c. ſupplet ad ea, quæ primò dixerat, refe-
ferens declarationem ad quaſcunq; tutelarum ſpecies.

a facit l. 84. §. fin. de lgat. 2. gloſſ. in §. igitur in prohem. & in §. omniũ autem Inſt. de oblig. Iaſ. in rub. de act nu. 87.
b Angel. hic in princ.
c Syluest. hic in princ.
d Port. hic in princ.

RERVM NOTAE.

1 *Breuitas parit obſcuritatem.*
2 *Summa huius textus variè ſumpta à noſtris.*
3 *Summa Contextus ex Auctore.*

Com-

Compendium Textus. Cap. II.

1 EST quidem vulgata nimis illa Flacci ſententia a † obſcurum reddi breuitatem affectantem ; obſcuriſſimo hoc in loco, an ſit vera haud dubito, vt enim locus tenebricoſus nouis ſuperadditis nubibus non ſit obſcurior, ſic maiores non afferam difficultates ſi breuioribus verbis huius conſtitutionis ſenſum referam:
2 Id ergò, breuius reſtringendo, Tribonianum ſenſiſſe
3 credo, † quamuis alijs verbis Aretinus, Portius, Nicaſius, Syluester, & alij b idem referant. † Mortuo emancipatore liberi, & cœteri eidem coniuncti legitimę ętatis Fiduciarij Tutores Impuberis efficiuntur, quàmuis liberi Patroni, eo mortuo, ſint legitimi.

a De Art. Poet.

b In pri. huius titul.

RERVM NOTAE.

1 *Refertur factum huius contextus.*

2 *Ratio inter liberos, & libertos an tuta remiſſiuè.*

Factum exponitur ad mentem litteræ. Cap. III.

1 PATERFAMIL. † cui non minora, quàm animi bona quoq; Fortunæ Deus Opt. Max. liberè conceſſit, & Seruos, & natos in ſua poteſtate cuiuſcunq; gradus, & ętatis habebat quamplures: Duos inter alios vtrumq; impuberem elegit, ſed vnum ſeruum, quem manumiſit, & Tutelam illius accepit legitimam; alterum filium, & emancipat, fitq; Tutor legitimus. b Sed priuſquam ipſorum quilibet in ſuam tutelam perueniſſet ex hac vita Paterfamil. deceſſit: liberorum primum

a Ex ca. 2. ſup. de leg. pat. tut.

b Ex c. pr. ſup. de leg. pat. tut.

c Ex Iuſt. hic, & Modeſt. in l. 4. de leg. tut.

c Ex Iuſt. hic & Mod. in l. 4. de leg. tut.

mum inter alios eſt munus complendæ tutelæ vtriuſq; impuberis. [c]

At ex liberto habent legitimam, ex Filio, Fratre, aut Nepote, vel cœteris ex Iuſt. Fiduciariam.

Cur diuerſam, ſi referunt vicem Patris, qui pro vno, & altero legitimus Tutor erat? † Aperit Iuſtinianus diſcriminis cauſam, Cum filius ſi nō eſſet Emancipatus ſui Iuris efficeretur, nec in Fratris poteſtatem recideret, libertus eodem Iure apud liberos Domini eſſet recaſurus. Quæ ratio an inducat nos in eas ambages, quas multi opinantur, patebit ſuo loco. [d]

d Part. 3. cap. 2. & 3. cũ ſeq.

RERVM NOTAE.

1 *Emancipare ſignificat vendere.*
2 *Mancipare indicium emptionis.*
3 *Res mancipi ſunt illæ, de quibus ad libitum diſponimus.*
4 *Manumitto dicitur à manu, & notat liberationem.*
5 *Emancipare frequentius ad liberos, manumittere ad ſeruos refertur, ſed hodie promiſcuus vſus num. 11.*
6 *Antiqui per feſtucam manumittebant.*
7 *Manumiſſio per mancipationem quomodo fieret.*
8 *Emancipatio liberorum per manumiſſionem quomodo fieret.*
9 *Manumiſſio in filijs prædicatur æquè propriè, ac in ſeruis contrà Accurſium, & num. 10.*

Eman-

Emancipare,& manu mittere liberos quid ſit: Cap. IV.

ANTEQVAM conſtruamus ædificium explanationis difficillimi huius contextus,quædam ſunt iacienda fundamenta , quibus firmius conſiſtat , inter quæ, cum ſemel in textu , & ſępius in illius expoſitione occurrat liberorum manumiſſio ; primum erit referre quid ſit manumiſſio liberorum , & in quo ab emancipatione differat , quod, vt plenius fiat, reuocabo Hypotheſim ad Theſim, & declarabo quid emancipare per ſe , & quid mannmittere , vt indè facilius colligamus quid notet ad liberos poſtea relatum vtrunq; verbum .

Emancipare † ergò ſua priſca , & propria significa-
1 tione denotat Vendere,[a] ſicuti † Mancipare emptionis
reputatur indicium , [b] vndè res † Mancipi illæ dicun-
2 tur , de quibus pro noſtro captu poſſumus diſponere ,
3 vt oſtendit Vaconius à Vacuna [c] vir Iuris non minus
quàm philoſophiæ prçceptis imbutus . † Manumit-
4 tere verò , à manu deductum verbum , [d] quæ poteſtatem notat , [e] liberare ſignificat , ac ſui quem iuris efficere , vt Petrus Rebuffus clarè docet , [f] Hinc patet vtrunq; abdicationem quamdam, & alienationem im-
5 portare ; † primum tamẽ frequentius ad liberos,[g] alterum ad Seruos,& mancipia,auctoritate Vlpiani [h] xxix. ad Edict. libro , à noſtris accommodatur.

Porrò † refert Plutarchus [i] morem manumittendi
6 ſeruos apud Romanos per feſtucam , de qua Perſius [k]
7 Poeta non vulgaris , & Politianus , [l] ſed non refero , † cum ſit receptior Feſti ſententia , [m] qui vult, fuiſſe in vſu ſeruos manumittere, Capite, vel quauis alia ſerui parte accepta manu Domini,dicentis deindè , Homi-

a Caius lib.1. tit. 6.Inſt.
b Vac. Decl. 16. in pri. lib. pri. Decl. IC.
c d. Decl. 16. nu.9. facit l. 1. C. de Vſucap. transf.
d l 4. ff d Iuſt. & iur. Syl. ſup. de libert. n. 3.
e d. l. 4. Syl. d. loco nu.6. & Minſing. n. 3.
f l. 13. § res de verb. ſign. ver. 2. manus.
g §. pręterea & & ibi DD. ſup. Quib. mod. patr. pot. ſol.
h l. 1. §. alienatio ff. quando de pec. actio. ann. ſit, & facit Conn. lib. 2. cap 14 n 4.
i De his qui ſer. a num. pu.
k In ſat. quem refert Sylu. de libert. in prin. nu. 3.
l In Miſcell. ſent pri. cap. 93 refert Syl. ibid.
m lib. 7. quem refert Sigon. lib. 1. de Iud. cap. 13.

F nem

nem hunc liberum eſſe volo , & ſic dimiſſum è manu ſuę priſtinæ redigebat poteſtati , quod annuit Iuſtinianus , [n] & qui eum interpretantur, clariſſimè affirmant. [o]

Ad Filios † autem, emancipatio, referebatur quando liberandi à poteſtate paterna erant , nam cum non dum Ius Ciuile modum ſtatuiſſet, [p] quo filij illo ſubiectionis vinculo diſſoluerentur, erat neceſſarium, eos ad conditionem ſeruilem, media emancipatione, hoc eſt, venditione , redigere , quod iterum , & tertio in filijs maſculis facto, [q] vnica tantum vice (fortè quia vna tantum venditio lege permittebatur, teſte Connano [r]) in Filiabus , vel cœteris [ſ] in ſupradictum ſerui morem relaxabantur , vndè qui primò emancipantur, vt proprij Iuris eſſent , mox quoque manumittebantur , † & quidem non minus verè , & propriè ex Petro Rebuffo [t] quàm qui ex vera ſeruitute liberabantur. 8 9

Vndè, ni malè ſentiam, ſinè vllo crimine quis poſſet Accurſium [u] notare , dum putat Martianum Iuriſconſ. pri. Inſt. lib. [x] impropriè referre verbum (Manumittere) ad liberos, nam poſtquam emancipatione eſt ſeruus effectus legitimè , & iuſtè, dum ab illo nexu liberatur , verè , & propriè ex Iuſtiniano [y] manumittitur, ità ſunt doctiſſimè interpretati locum Martiani Vaconius , [z] & Sylueſter , & eum ab improprietatis quoq; labe Rebuffus, [a] alia tamen ratione , defendit . † Hodie verò prędicta ſcrupulum non faciunt, cum conſuetudo vtriuſq; verbi promiſcuum induxerit vſum , de quo, conſideratis pręſertim Cai, [b] & Pauli reſponſis, teſtati ſunt Sylueſter [c] præcipuè, & Rebuffus. 10 11

RERVM NOTAE.

1 *Tutela legitima datur coniunctis quoniam vocantur ad ſucceſſionem.*

2 In-

n Sup. de liber. Sigon. d. c. 13.
o Ferr. in prin. de libert. & ibi Sylu. nu. 3. & Minſing. nu 3 & alij Conn. lib. 2. cap. 14. n. 4. com. IC. d §. præt. quib. mod. ius patr. pot. ſolu. ubi Theoph. & Scribentes.
q Caius lib. pr. Inſt. cap. 6. DD. in §. pręt. Quib. mod. ius patr. pot.
r Conn. d. cap. 13. nu. 5.
ſ Conn. d. cap. 14. nu. 5. DD, in d. §. præter.
t In l 243. De verb. ſign. ſic Syl. ſup. de liber. in pr. n. 5.
u In gloſſ. l. 2. ff. de off. proc. & leg. & in §. fin. de oblig.
x d. l. 2.
y d tit. de liber.
z d Decl. 16. n. 12. lib. pri. & d. prin. de libert. nu. 5.
a d. l. 13. §. res
b l. 28. ff. De Adopt.
c l. 36. d. tit. de adopt. & l. 3. ſi à par. quis mã.
d d. prin. de libert. nu. 5.
e d. l. 243. De verb. ſign.

2 *Incommoda pertinent ad eum, qui habet cõmoda.*
3 *Legitimæ tutelæ non regulantur à poteſtate.*
4 *Teſtamentaria Tutela regulatur à poteſtate.*

Quę ratio dandæ Tutelæ legitimæ. Cap. V.

ALIVD quoq; pro huiuſcæ declarationis ædificio, fundamentum eſt, † Rationem ſtatuere, ob
1 quam tum Agnatis, tum cœteris ſanguine iunctis leges legitimas tranſtulerint Tutelas, quod non eſt multum reconditum, cum Caius primum, [a] mox, & Vlpianus,[b] nec non poſtremò Iuſtinianus [c] vno ore declarent, ijs demandari, quippè cum ad impuberis ſucceſſionem ſint venturi: quod poſtea confirmat Commentator Accurſius, [d] & poſt eum cœteri, ex receptiſſima
2 omnium ſententia, [e] quæ nititur regula † Incommoda ad eum pertinere, qui commodi fruitur beneficio, de qua ad Sabinum Paulus. [f]
3 Hinc colligere licet, † in legitimis tutelis poteſtatem patriam non attendi, immò, ea tantum diſſoluta, aliquam ex illis floreſcere, vt in legitima parentum fas eſt
4 cognoſcere. [g] Patria poteſtas † in Tutelis tunc ſolum attenditur, cum agitur de conſtituenda in vltimis elogijs tutela; [h] ſed in legitima, ſuperflua prorſus eſt illius inueſtigatio.

a lib. 1. Inſt, tit. 7.
b In l. 1. in pr. ff. de leg. tut.
c Sup. §. fin. de legit. parent. Auth. ſicut C. de leg. Tut. & l. fin. C. de leg. hęred. §. ex his auth. de hær. ab inteſt. uen.
d gloſſ. Grad. §. fin. ſup. de cap. di min.
e DD. in dd. locis Vlp. Cai & in d. §. fin. de leg par. tut.
f l. x. de reg iu. facit c. caritatem 12. 9. 4. & c. accidentib. vbi gloſſ de preſcript.
g Sup. de leg. par. tut.
h Sup. de Tut. §. permiſſum vbi Scribent. & l. 1. totoq; tit ff. de teſt. Tut. Sigon. de ant. iur. lib. 1. c. 13

RERVM NOTAE.

1 *Patronus quomodo ſuccedat liberto.*
2 *Pater quomodo ſuccedat emancipatis liberis.*
3 *Patronus transfert ad ſuos iura patronatus.*

4 *Parentes emancipantes iura ſuccedendi emancipatis non transferebant ad ſuos.*

5 *Conuentio Fiduciæ non egreditur perſonam emancipatoris.*

6 *Cur minus Iuris habeamus in emancipatis liberis, quàm in ſeruis manumiſſis.*

7 *Ratio VBS. dannatur.*

8 *Caput liberum quomodo capiatur.*

9 *Hodie nulla differentia in ſucceſſionibus inter emancipatos, ac non emancipatos.*

De ſucceſſione Mancipantium. Cap. VI.

NON leuiorem partem huius ædeficij ſuſtinet
ſucceſſio, quam ex dimiſſis à poteſtate conſe-
quuntur Manumittentes, quarè liceat mihi ſic tertio
loco de ea præfari nonnulla, in quibus, vt clarius, &
magis diſtinctè procedam, Illud noſſe oportet, quod
ſupra [a] quoq; eſt tactum; Alio modo conſiderari ma-
numiſſorem ſerui, alio capitis liberi † Primus ob be-
neficium libertatis conceſſum mancipio, in eum quæ- 1
dam adhuc iura retinet, [b] & præſertim, eò mortuo in-
teſtato, in bonis illius ſuccedit nulla prole relicta; te-
ſtamento facto, poſt multam variationem, in Tertia ſal
tem parte. [c] Alter etſi emancipando ius omne perde-
ret à principio, [d] tamen, etiam illis temporibus, in qui-
bus hanc conſtitutionem viguiſſe ſupra poſitum eſt, [e]
non minus, quàm ſeruum manumittens, ſuccedebat, [f]
quia in eius perſona nullum antiquitus erat conſtitu-
tum diſcrimen.

At in cuiuſcunq; hæredibus diuerſa prorſus erat ra-

a Par. pri. c. 3.
b Vt ff. de iur. pat. cū plurib. tit. ſeqq. & tractat. Alex. ab Ale. Gen. dier. cap. 20.
c Inſ. de ſucc. libr. §. ſed noſtra vbi latè ſcribētes gloſ. in §. pręt. quib. mod. pat. pot. ſol. vbi DD.
d Inſ. §. emancipati de hær. ab inteſt. ven.
e Par. pri. ca. 9.
f §. præter, vbi DD. d. tit. quibus mod. ius patr. pot. ſolu. & d. §. emancipati de hęr. ab int. ven.

tio, quippè cum † primus eadem, quę habebat iura ad
3 ſuos transferebat; & cum alijs iuribus ſpem quoq; libertorum filijs, cœterisq́; niſi eſſent de medio deducti,
g tranſmittebat. h Sed liberi capitis † manumiſſor,
4 quàmuis fiducia fuerit in pacto deducta, vel à lege prę-ſumpta, ad ſucceſſores, nec quidem ipſos filios, vt in ſuperiori caſu, iura ex manumiſſo ſuccedendi, nequa-
5 quam dimittebat, i quia † conuentio Fiduciæ perſonam paciſcentis, hoc eſt emancipatoris, haud egredi compos eſt. k

6 Cur † parcius leges operatæ ſint in ſucceſſoribus Manumiſſoris liberi capitis, quàm ſerui, petendum eſt à Caio IC. qui l ſcribens ad Edict. prouinciale, ait, Iniquum eſſe ingenuos homines liberam rerum ſuarum
7 adminiſtrationem non conſeruare: † quam verò refert VBS. m haud tutam credo, cum omnibus liberi capitis manumiſſoribus quomodo poſſit ritè accomodari, non videam, cum Nepos illę non in Aui poteſtatem, ſed Patris ſui retinendus eſſet, ſi emancipatus filius non fuiſſet. n

Hæc tamen, tum antiquis xij. tab. legibus, tum media illa (vt appellant) iuriſprudentia in manumiſſori-
8 bus † liberi capitis, o hoc eſt in Parentibus emancipantibus, obſeruabantur; † Tum verò inualeſcentibus no-
9 uis conſtitutionibus, tam Prætorijs, quàm Imperialibus p adeò dilatatum fuit ius ſuccedendi, emancipatione ſequuta, tum ex parte emancipatorum, tum emancipantium, & cœterorum, vt ex Iuſtiniani diſpoſitione iam nullum permanſerit diſcrimen, facta, vel non facta emancipatione, vt latius ſupra deductum eſt, q ad quę vos remitto, nè, etiam ſuperflua repetitione, ea, qua me attenditis benignitate, parum prudenter abuti videar.

g Sylue. hic in princ. nu. 11. verſic. ſed dubium, & Nicas. nu. 8.
h §. pen. & ibi DD. inf. de ſucceſſ. libert. Hot. hic uerſ. Atq; patrono. etiam hic, & in rub. nu. pri. Sylu. d. §. prę. nu. 45.
i l. pr. §. liberos ff. ſi à par. quis fuer. man. Syl. d. nu 45.
k §. fin. in pri. inf. de legit. agn. ſuc. dictũ eſt ſup. pri. p. C. 9. nu. 3. & inf. p. 4. c. 8.
l l. 2. ff. ſi a par. quis man. facit. l. 61. ff. de uerb. oblig.
m Hic in rub. & in princ. tit. nu. 4. & Syl, in §. præt. nu. 45. ſu. quib. mod, ius patr. pot. ſol.
n Inſt. Quib. mod. ius patr. poteſt ſolu. in princ.
o Caput liber. quomodo Hot. in princ. de Tut, Gell. lib. 5. cap. 19:
p Probatum. ſup. pa. pr.
q d. par, p. c. 9.

RE-

RERVM NOTAE.

1 *Fiduciaria Tutela ſupponit emancipationem.*
2 *An emancipatio ſolum debeat eſſe ex parte impuberis, remiſſiuè.*

In Tutela Fiduciaria emancipationem eſſe neceſſariam. Cap. VII.

TANDEM, quoniam ex triplici latere fundamenta poſuimus, nè ab altera parte, à qua fortè ventorum impetus inualeſcet vehementius, arcis huius ędificium ruat, quartum quoq; fundamentum eſt conſtituendum, quod eò firmius eſt figendum, quò magis eſt proprium, dixerim quoq; neceſſarium magis, ſinè quo tractare de hac tutela fruſtrà tentamus. † Eſt autem hoc, Fiduciariã tutelam nullo pacto dari, nec in quemq̃ conferri, niſi præceſſerit emancipatio, [a] vndè VBS. [b] exiſtimat Tutorē ex ea dici Fiduciariũ, quaſi ſit Tutor Fiduciæ, ſiuè (ſunt .n. eiuſdem verba) emancipationis. 1

[a] Hic in verſ. Nam ſi parẽs l. 3. in fin. & l. 4. ff. de leg. tut. Syl. hic in pri. nu. 11.

[b] Hic n. 1. ĩ fi.

Hoc admittunt omnes, & quidem iure, ſed referunt tantum ex Iuſtiniano ipſo emancipationem ad impuberem, † an verò deceat ad harum anguſtiarum cancellos, vel nè reſtringere, ego plenius intrà opportuniori loco explicabo, [c] 2

[c] Par. 3. c. 2.

PARS

PARS TERTIA.

RERVM NOTAE.

1 *Verba primũ declaranda, mox ſenſus eliciẽdus eſt.*
2 *Geometria, & Arithmetica conferunt ad cognitionem vniuerſi.*
3 *Quando detur Tutela Fiduciaria.*
4 *Iuſt. refert exempla Fid. Tut. & n. 10. & 12.*
5 *Dictio (Plerunq;) notat alios dari caſus ſimiles.*
6 *Fæmina habet hæreditatem liberti, non tutelam.*
7 *Minoribus datur hæreditas, non tamen tutela.*
8 *Seruus quis Iure ciuili conſtituitur nè dum venditione, ſed etiam cæteris contractibus.*
9 *Ingratitudine quis reuocatur in ſeruitutem.*
11 *Regula debet continere indiuiduos caſus.*
13 *Vbi militat eadem ratio fit extentio.*
14 *Tritauus, & alij ſuprà eum habent contrà Tab.*
15 *Prætor in edicto bonor. poſſeſſ. contrà Tab. vocauit ſolum Patrem, Auum, & Proauum.*

Differitur, an Iuſtinianus formaliter tractet de Fiduciaria Tutela. Cap. I.

1 IECIMVS fundamenta, [a] quibus tutè poſſumus arcem totius tractationis erigere, & conſtitutionem hanc dubiam, obſcuram, ac difficilem, certam, claram atq; facilem reddere, † quod, vt apertius fiat,

a Sup. p. 1. & 2.

fiat, & commodius, literalem ſenſum aperiendum primum, & corticis verborum non minus aſperam, quàm reconditam poteſtatem enodandam mihi propoſui; tũ quas in medulla continet penitus abſtruſas difficultates omninò educere, ac diſſoluere: his enim tanquam duabus alis quilibet veſtrum ſubnixius, arcem huius explicationis fœliciter, ac faciliter, appræhenſione ingenij, poterit aſcendere, nõ ſecus, ac Geometria, & Arithmetica, tanquam alis duabus ad cœleſtium corporum, ac totius vniuerſi cognitionem homines euehi poſſe Plato ille, cui ob ſingulare ingenium, ac excellentem doctrinam Diuini ſibi nomen cõparauit, profeſſus eſt.

Sed primum aggrediamur, quod verba reſpicit. Refert in capitis ingreſſu Iuſtinianus prima principia Tutulæ Fiduciariæ, oſtendens indè exurgere; Vbi Parens, 3
qui Filium, vel Filiam, Nepotem, vel Neptem, vel deinceps impuberes manumiſerit, effectus ex Vlpiano ad Sabin. [b] illorum Tutor legitimus, non dum completa tutela; ex hac luce migrauerit; Quoniam, eo defuncto, liberi eius, ſi quos, perfectę ætatis habuerit, fiduciarij tutores efficiuntur filiorum ſuorum, vel fratris, vel ſororis, & cœterorum, quod excepit ex Modeſtini reſp. lib. Different. tertio. [c]

b l. 3. in fin. ff. de leg. tut.

c l. 4. ff. de legit. tut.
cc Contra Sylueſt. hic num. 11. circa fin.

In prædictis vos monitos volo, † Iuſtinianũ, mea ſententia, ſua conſtitutione formam ſimplicem, ac puram 4
minimè tradidiſſe, nec Fiduciariam Tutelam coanguſtaſſe ad expreſſos tantum caſus, vt non liceat vltrà, uel citrà ad ſimiles eam referre; [cc] Sed latè, per modum exempli, ut inde liceat facilius [d] colligere, quando deceat fiduciariam conſtituere tutelam: † ſic pariter idem 5
Iuſtinianus [e] alias interpretatus dictionem (Plerunq;) dum vult demonſtrare ex ea probari, non ſemper ſucceſſoribus Tutelam legitimam dari, refert † fœminas 6
vocari ad hæreditatem ſerui impuberis manumiſſi, aliũ

d Arg. l. 15. in fin de exc. tut. Sil. §. ius naturale num. pri: ſup. tit: 2.

e Sup. de leg. patr: tut: §: fin:

tamen

tamen eſſe Tutorem,& tñ clarum eſt illud ipſum in alijs quoq; caſibus contingere, vt in præſenti mihi occur-
7 runt † Minores omnes vigintiquinque annis f qui ſucce- dunt, nec ex hoc habent onus Tutelæ, nec ſunt relati ab Imperat. ſic etiam aliàs g dum monet † ſeruos quoq;
8 iure ciuili conſtitui, venditionis modum retulit tan- tum, cum alijs quoq; contractibus id fieri poſſit, h nec non inuentionibus pluribus, † vt ingratitudine, i aſſer-
9 tione principali, k & alijs.

10 Preterea † ex eo ſatis clarè colligitur, Iuſtinianũ non ſtatuere in hoc cõtextu regulam formalem, cum ab eo, & à Modeſtino m primum, referatur per dictionem (ſi)
11 quæ videtur portendere caſus ſingulares, † regula au- tem debet ſub eodem verborum inuolucro omnia indi- uidua, ſua vi, continere. o † Quin, ex illo ipſo Modeſt. lo- co fortior deducitur ponderatio, quatenus in reſponſo
12 non inſeruit vocem (cęterorũ) tacitè. n. ſignificat, formã verè non ordinaſſe, nec minus ergò ab Imperatore hic, cum ab illo quaſi à fonte, Tribon. verba deduxerit.

13 Tandem, † quid erit permittere Imperatorem regu- lam hoc loci tradere, cum & illa quoq; extendatur ad alios caſus, cum ratio apparet eadem? ſic videmus
14 † Tritauos, & alios progenitores ſupra eos, admitti ad iudicium bonorũ poſſeſſionis contrà tab. emancipato-
15 rum † quàmuis in edicto Prætoris q expreſſi tantum fue- rint Pater, Auus, & Proauus. Et latius cœteris pertra- ctat materiam hanc Niccolaus Euerardus. r

Prædicta ſint, tanquam, arte ſumma, quadrata turris in media arce conſtituta, à qua ceù à puncto quodam, ſunt perducendæ aliquę lineę ad circumferentiam in- geniorum veſtrorum, quod ſtatim exequar, ſi eadem benignitate aures præbebitis, qua vſq; adhuc feciſtis, attentas.

f l. fin. §. fin. C. de leg. tut. gloſ. in d. §. fin. de leg. patr. tutel.

g Inp. de Iur perſ. §. pen.

h Gloſſ. in d. §. pen.

i l 2 C. deliber. & eorum lib.

k l. 1. §. omnis. C. d aſſert. toll.

l Minſing. d. §. pen. n. 6.

m d. l. 4 de leg. tut.

o l. pri. & ibi DD. de reg. iur.

q l. pri & ibi gloſſ. proauo ff. ſi quis a par. fuer. man.

r loco 13. nu. 1 & ſeq.

RERVM NOTAE.

1 *Fiduciaria non datur, ſi nō præceſſit emancipatio.*
2 *Emancipatio an ſolum requiratur ex parte impuberis, an etiam maioris, & nn. ſeqq.*
4 *In correlatiuis ſtatuta in vno procedunt etiam in altero.*
5 *Portio dempta ex duabus lineis æqualibus inducit inæqualitatem.*
6 *Filio minore, & maiore emancipatis, an ſit locus Tutelæ Fiduciariæ.*
7 *Medium iutruſum vel à leua, vel à ſiniſtra ſeparat æqualiter.*
8 *Lineæ duæ propter coniunctionem paralellæ deſinunt eſſe paralellæ, tàm ex diſiunctione vnius, quàm alterius.*
9 *Fid. locus eſt à quauis parte interſit emancipatio.*
10 *Accurſius repræhenſus dum admittit Fiduciariam, etiam vbi non præceſſit emancipatio.*
11 *Fiduc. an ſupponat præcedentem legitimam Tut.*
12 *In concurſu, præſtet nè legitima, an Fid. & n. 14.*
13 *Laudatur Thomas Marchio Malaſpina, & Scipio eius Filius.*
15 *Emancipato minore, & ex maioribus vno emancipato, altero in poteſtate, quis præferatur in Fiduciaria, & nu. 17.*
16 *Marianus Tantuccius laudatur.*

Ex

Ex qua parte requiratur emancipatio in Fiduciaria Tutela. Cap. II.

1 PRIMA ſit linea, Fiduciariam † Tutelam non dari, niſi præceſſerit emãcipatio, quod poſuimus quarto loco in præmiſſis,[a] & eſt in confeſſo apud omnes,† Du- *a Sup. p. 2. c. 6*
2 bium tamen eſt, an requiratur in Impubere, an facta in perſona Maioris ſufficiat: primùm omnibus neruis tue- *b Hic nu. 11. in fin.*
tur Syluester,[b] alterum acerrimè defendit Faber,[c] & per conſequens Aretinus,[d] aſſuetus per illius veſtigia *c Hic nu. 4.*
progredi: quibus, (ſi meam hic expoſcitis ſententiam) *d Hic nu. 2.*
libentiſſimè aſſentior, nec ſum ſolus, cum ex antiquis, & neotericis multi ſint, inter quos eſt Io. Ferrarius, *e Hic poſt medium.*
Gramm.[e] Cinus,[f] & Bartolus,[g] prçclariſſima Iuris noſtri lumina, pro quibus acriter pugnatum eſt prçcedenti Academia, inter duo Academiæ Vnitorum fulmina *f Hic nu. 7.*
Cæſares, Mareſcottum Conciuem vnum, Reghinum Pontremulenſem alterum; (vtrunq; nunc Iuriſconſultum, & Profeſſorem, hunc in foro Romanæ Curiæ, illum in Scolis Senenſis Gymnaſij.) *g In l. 4. C. de legit. tut. in fin.* *h In l. 3. in fin. de legit. tut.*

3 Et nè momenta rerum ſola videar auctoritate metiri,† credo probari, primo ex eodem Iuſtiniano, qui in hoc Tutore ſexum tantum, atq; çtatem notat, an ſit vel nè emancipatus, non querit, nos ergò lege ſapientiores erimus, neceſſitate eum ſubiectum Parenti faciendo? Tum ſi Iuſtinianus expræſsè permittit, emancipato impubere, dari Tutorem Fiduciarium Fratrem maiorem in poteſtate retentum, quis dicet Maiorem emancipatum non eſſe pariter Tutorem Fiduciarium impuberis Fratris in poteſtate retenti, ſi agimus inter Fratres, in-
4 ter quos,† vi correlationis, quç ſunt in vno ſtatuta, al-
5 teri quoq; debent eſſe communia? Tandem † ſi peta-

 mus

mus à Mathematicis [i] (non enim dedecet in re ſenſibili à ſenſu rationem ducere) nunquam negabunt, portionem demptam ab vna ex duabus æqualibus quantitatibus, inducentem inter eas inęqualitatem, ſi ab altera potius dempta fuiſſet, potuiſſe eamdem inęqualitatem introducere: & nos vulgò ſolemus dicere Tuam, & meam Domum ęquę viciſſim diſtare: quibus ſtantibus, vt concludamus, an impubes, vel maior emancipetur, nulla erit differentia.

i Facit Eucl. in com. not. Pronuncat. 3.

Sed, & de illo † hic poteſt queri, quod Scribentes tractant exponendo reſcriptum Imp. Anaſtaſij ad Policarpum Præfectum: [k] hoc eſt, vtroq; emancipato, impubere ſcilicet, & maiore, an ſit locus fiduciariæ tutelæ? Negat & hoc idem Syluester: [l] ſed contrarium tuetur Accurſius, [m] quem ſequitur Faber, [n] Aretinus, [o] & Grammaticus, [p] idem tenet quoq; Cinus Piſtorienſis, [q] & quidem ſi lex confidit in eo pro emancipato, quarè pro eodem non confidet in eo emancipato? Ex vna emancipatione tanta inter eos eſt facta diſtantia, agnationis, familiæ, ſucceſſionis, vt ex altera maior induci non poſſit: † diſiunctio .n. inter duas lineas cohęrentes propter tertiam, eſt eadem ſi vna tantum, ac ſi etiam altera à media diſiungatur: † & duę pariter lineæ propter punctum paralellæ, vna longior, breuior altera, deſinunt eſſe paralellę ex ſegregatione minoris, nec ſi longior remoueatur, dicuntur minus paralellę, quamuis ad diuerſum terminum eſſent diſtractę. [r]

6 (margin, beside "tractant exponendo reſcriptum Imp. Anaſtaſij ad Poli-")

7 (margin, beside "non poſſit: † diſiunctio .n. inter duas lineas cohęrentes")

8 (margin, beside "altera à media diſiungatur: † & duę pariter lineæ prop-")

k l.4.C. de leg. tut. confert. l. 19. §. diſſimil. ff. ad Vell.

l Hic.

m Verbo liberi hic, ſed fortè contrà in d.l.4 Verb. legit.

n Hic nu.3.

o num.2.hic

p d.nu.7.hic

q In d.l.4. de legit. tut.

r Euclid. in pri. Theor.21. Propoſ.30.

9 Dabitur † ergò tutela fiduciaria quàmuis maior quoque ſit emācipatus, an ex parte minoris, an verò maioris, vel vtriuſq; parum refert, dummodo pręceſſerit emancipatio: † Hinc liquidò conſtat iurè repræhenſum Accurſium [ſ] à communi Interpretum Scola, quando profeſſus eſt, etiam retentis in poteſtate, vſque ad Patris mortem, dari Fiduciariæ locum, qm̄ tunc maior 10

ſ In d. gloſſ. liberi, & ibi Addit.

mi-

minoris Fratris erit, citrà cõtrouerſia, legitimus Tutor.

Hinc pariter colligitur ſecundo † Nõ eſſe tutum aſ-
11 ſerere, fiduciariam tutelam ſupponere præceſſiſſe legitimam, nec quidem in potentia, quoniam in vno ex ſupradictis caſibus, hoc eſt, quando emancipatus ſit maior, & minor retentus in poteſtate, nunquam potuit præcedere legitima tutela, cum minor, dum erat in ſacris Patris retentus, Tutore minimè egebat, vndè vehementer vererer ſubſcribere Syluestro,[t] quamuis defendatur ex eo, quod loquatur in primo caſu, hoc eſt emancipato tantum impubere, vel (quod verius credo) quia profiteatur Iuſt. hic tradere formam tutelæ fiduciariæ. t Hic nu. 11.

12 Hinc, & tertio infertur, † Poſſe aliquandò certare (licet ex vna parte pugna ſit imbecillis) Fid. tutelam cum legitima, puta, ſi minor in poteſtate duos haberet fratres maiores, vnum emancipatum, alterum in poteſtate retentum, Vter erit in hoc caſu tutor? † Vt etiam
13 à principio ingenij acumine excitauit, Scipio ex Marchionibus Malaſpinis, qui non minus argutè de Fid. Tutela dubitauit, quam prudenter, ac ſcitè Illuſtriſs. & Excellentiſs. Marchio Thomas eius pater in tutela Senenſis totius dictionis, fidei ſuę à Sereniſs. Ferdinando Mediceo Magn. Etruriæ Duce, optimo, ac prçſtantiſſimo Principe noſtro ſpontè commiſſa, reſoluat, de-
14 cernat, atq; prouideat. † Sed ad dubium, iam ſi placet, reuertamur, Cum retentus in poteſtate ſit regula compræhenſus, Eum ſuſcipere tutelam, qui vocatur ad ſucceſſionem, & ceſſet omninò extraordinarium remedium vbi ſit ordinarium, ſtatuerem, cedere emancipatum. u Ex noſtro texto.

Acrior tamen eſt conflictus, (verum decet fateri) ſi
15 † minor quoq; fuerit emancipatus, quia ęquè diſtat ab vtroq; fratre, & in vtroq; eſt fiduciaria, nimirum in fratre retento in poteſtate,[u] & in alio ab eadem remiſſo:[x] x Ex poſitis à nobis.

† quis

† quis altero præſtantior, quærebat non mediocri elegantia, ac lepore Marianus Tantuccius, (tunc in Iure- 16
ciuili ſcolaris meus, nunc V.I.D.& Canonicus Metropolitanę Senenſ.& S. Domini Prothonotarius:) Apud 17
† Syluestrum, y & alios, nulla eſſet difficultas, cum credant Iuſtinianum præſcripſiſſe formam fiduciariæ tutelæ, ex quo emancipatus omninò eſſet excluſus; verum quia poſitum iam eſt, z relata ab Imperatore eſſe exempla, & poſſe referri ad hunc quoq; emancipatum, ſaltem ex identitate rationis, adeò verſamur in ancipiti, vt neceſſariũ ſit aſſerere, parem eſſe vtrũq;& ſic vtrũq; eſſe Tutorem, & vel Iudici remitti, vt pro tempore, pro pupilli neceſſitatibus, & pro eligendi præſtantia, poſſit, quem ſibi videbitur, eligere.

y Hic d. n. 11. & alibi.

z Super. cap. & Arg. §. fin. de cap. dim. & eorum, quæ ibi tradunt Do.

RERVM NOTAE.

1 *Fratres fratruum, & Patres filiorum Fiduciarij Tutores ſunt.*
2 *Patruus, Patruus magnus, & alij ex latere Patris poſſunt eſſe Tutores Fiduciarij.*
3 *Laudatur Io. Baptiſta Ninus I. Pont. profeſſor.*
4 *An Cognati vocetur ad Tutelam Fiduciariam.*
5 *Fabius Fanus laudatur.*
6 *In concurſu Agnatorum, & Cognatorum, quis præferatur in Tutela Fiduciaria.*
7 *In concurſu ſucceſsionis Agnatorum, & Cognatorum, præfertur proximior.*
8 *Menſura tutelarum eſt ſucceſsio.*

Quibus

Quibus Fiduciaria Tutela detur. Cap. III.

1 ALTERA ſit linea † Fratres Fratrum Tutores effici, & Patrem Filiorum, qui caſus verbis claris ſunt expreſſi intextu, licet poſterior ſit controuerſus, vt ſuo loco dicemus.[a] Iſti tamen non ſunt ſoli, alij quoq; reperiuntur, quibus hæc tutela poteſt, iam relatis deficientibus, demandari, qui ab Imperatore implicitè (vt mihi perſuadeo contrà Iaſ. & alios, de quibus agã aliàs,[b] credentes vltrà fratres non extendi fiduciariam,) ſunt omnes compræhenſi Dictione (cœterorum). Qui † ergò ſunt iſti cœteri? Patruus, Patruus
2 magnus, & omnes, vt facilè credo, ſecundum eorum gradum, ex latere Patris coniuncti, cum quibuſcunq; quadret eadem ratio.[c]

Querebat † aliquando de coniunctis ex latere fœ-
3 minarum, quos Cognatos noſtri appellant, ingenuus Iuuenis Io. Baptiſta de Ninis (iam Scolaris nunc doctorea dignitate decoratus, & profeſſor Iuris Pontif. in
4 patrio Gymnaſio) ad quem placuit reſpondere † Non minus quàm Agnatis, Cognatis deferri, cum illi vocentur magis, vt cognati, cum emancipatio de numero Agnatorum eos deduxerit, quo fit, vt ſub eiuſdem rationis cenſura cenſeantur.

5 Sed † magis torquebat in medium producta in iſtis pariter Cognatis, non vetus difficultas à Fabio Fano, & moribus, & animo non minus quàm natalibus romano, & patria, nunc pariter in vtroq; iure Doctore;
6 † Quid nempè ſit agendum, ijs, cum his, qui ex latere Patris veniunt, concurrentibus? Crederem tamen, nulla ratione diſcriminis habita, proximiorem præferri; in eodem gradu exiſtentes admitti vtroſq;, † ſic poſtea
7 ſeruatum fuit quando ad ſucceſſionem ſunt admiſſi
8 etiam cognati,[d] quæ † ratio nobis patefacit viam ad Tutelas.[e] RE-

a Inf. p.4.c.6.

b Inf. p.4.c.4.

c Facit l.32.ff. ad leg. aquil. cũ adductis ab Euer. loc.13. in prin.

d § ſi vero neq; fratres Auct. de hęre. ab inteſt. ven.

e §. ex his d. tit. de hær. ab inteſt. ven. cum add. ſup. p.2.c.4.

RERVM NOTAE.

1 *Dictio (Atqui) in textu variè & legitur, & exponitur.*
2 *Dictio (Atqui) ex mente Accurſij quomodo ſumatur, & nn. ſeqq. & præſertim 7.*
3 *Petro Rebuffo multum eſt credendum in verborum interpretatione.*
4 *Senſus dictionis (Atqui) ex mente Rebuffi.*
5 *Dictio (Sed) quomodo capiatur ex Accurſio.*
6 *Expoſitio dictionis (Atqui) ex ſententia Auct.*
7 *Dictiones, (Atqui) & (Certè) comulatè ex M. Tull.*

Dictio (Atqui) quomodo exponatur. Cap. IV.

VT variè † legitur hæc dictio (Atqui) in textu deſcripta, ità multiplex eſt illius interpretatio, vndè diuerſas in partes trahitur à noſtris, nec ſat politioris lingue Scriptores benè inter ſe conueniunt.† Oſtendit Commentator Accurſius [a] poſſe legi (Atqui,) & (Atquin) ſic quoq; videmus locum Pauli, [b] ſecundo ad Nerat. ex florentino ad noſtrum vulgatum codicem, eadem hac diuerſitate, traſportatum : quod, iudicio meo, portendit diſcrimen eſſe nullum, vel leue, aut in eam accommodari partem, quam ſuggerit occaſio. 1 2

Poteſt hoc comprobari, quia Accurſius dictionem (Atqui) quam in Iuſtiniano [c] pro (Certè) apud Paulum [d] pro (ſed certe) ſeriò exponit, quando † Petrus Rebuffus, [e] cui in vocum interpretatione ſumma eſt tribuen- 3

a Hic verb. Atqui.

b In l.20. ff. de reg. geſt.

c Hoc tit. noſtro d. gloſſ. Atqui.

d l.19.§. de eo. ff. de doſ.

e In l.46.§ matremfam. verſi Atqui. de verb. ſignif.

tribuenda auctoritas, † eamdem dictionem tantum
4 pro (ſed) accipit, † quod dictioni (Atquin) idem Ac-
5 curſius in Vlpiano [f] xj. ad edict. prius accommodaue-
rat, quam tamen aliàs in eodem met Vlpiano xvij. ad
edict. [g] pro (ſed tamen) legerat, in Iuſt. [h] pro (ſed certè).
6 Ex quo † non vitio eſt mihi aſcribendum, qui, magis
quàm exquiſitam verborum obſeruantiam, hoc loci
veram rerum affecto cognitionem, ſi ſubtilitates haſce
prætermiſero, curioſos remittendo ad Nauſeam, [i] Syl-
ueſt. Aldobrandinum, [k] Thommam Gramm. [l] & alios,
& legendo ſecundùm vulgarem impreſſionem, acci-
piam Dictionem (Atqui) pro (ſed) quod probatur,
tum quia ponitur ad differentiam dictionis (Autem)
» ibi (Libertus autem ſi ſeruus manſiſſet) tum quia eſt
introductio ad eam Rethorum figuram, quę à Gręcis
Prolepſis, à noſtris pręſumptio, ſiuè occupatio, vt no-
uiſſimè demonſtrat Cyprianus [m] è ſocietate Ieſu rethor
non mediocris, appellatur; quantula tamen cum vi
maiori profertur, quod effici fortè poſſet dictione (ve-
rum) quæ idem importat, vt ex Vlp. [n] & Iuliano [o] op-
timè colligitur, quaſi verò viderit Iuſtinianus obicem,
& antequã ab alijs opponeretur, eũ excitet, & reſoluat,
vt noſtri hic; [p] ità vt ſenſus ſit, Filios emancipantis li-
beri capitis Tutores eſſe Fiduc. emancipatorum ab eo,
quamuis filij manumiſſorijs ſeruorũ ſint legitimi, quo-
niam impuberes, in primo capite, ſi non eſſent emanci-
pati non tranſirent in poteſtatem eorum, qui tutelam
ſuſcipiunt fiduciariam, in ſecundo verò ſic, cuius ra-
tionis diſcrimen ad ſuũ remittimus locũ diſcutiendũ. [q]
7 Dubito † non modicè de Accurſij expoſitione, qui
reddit dictionem (Atqui) pro (Certè) cum verè di-
8 ſtet ab (Atqui) quod vel ex eo colligitur, quia † M. Tul-
lius vtramq; cumulat ad exprimendos animi ſenſus, vt
» ibi [r] Atqui certè nihil melius eſt mundo. & alibi [ſ] Atqui

f l.7.§.Seuerus ff. de dol.
g l 1.ff. ſi ſeru. uend.
h Hic d. gloſſ. Atqui.
i Hic
k Hic nu. 12. & ſeq.
l Hic nu. 7.
m lib. 3. c. 30.
n l. 60. De ver. ſignif.
o l. 7. de reſt. in integ.
p VBS. nu. 2. Hos. verſic. Atqui Manſin. nu. 7.
q Inf. par. 4. c. 2. & ſeq.
r Ad Attic. epi.
ſ De nat. Deorum.

„ certè ille agere debuit: quod certè commodè non facere potuiſſet, ſi idem importarent.

RERVM NOTAE.

1 *Cur ex Fratre detur Fiduciaria, cum ex liberto ſit legitima tutela.*
2 *Excitatur aliquorum expoſitio, ſed reprobata.*
3 *Confirmatio Auctoris ad ſenſum prædictorum.*
4 *Franciſci Hotomani intellectus ad ver. (Ideoq; nec in tutelam).*
5 *Theoph. intellectus ad verſ. (Ideoq; nec in tutelã)*
6 *Intellectus Auctoris ad d. verſ. (Ideoq; nec in tutelam).*
7 *Alter intellectus eiuſdem ad eumdem verſic.*

Dilucidatur verſ. (Ideoq; nec in Tutelam.) Cap. V.

DVM † Iuſtinianus retulit obicem in filio Patroni, contexuit quoq; rationem differentiæ, [a] per quam liberti impuberis ille ſit Tutor legitimus, cum filius emancipatoris ſit fratris emancipati fiduciarius, oſtenditq; contingere, quoniam libertus in ſeruitute retentus, poſt Domini obitum, in poteſtatem filij recidit [b] in fratris verò maioris impubes non emancipatus nequaquam. [c] Ideoq; nec in tutelam. 1

Hoc † aliquos ex noſtris grauiter vexat, quia putant eſſe ſub intelligenda verba (Eorum recideret). quæ concluderent [d] Iuſtinianum intendiſſe dicere, Alterum fratrem (non facta emancipatione) non recidere in alterius 2

a In verſ. Quoniam filius quidem.

b l. 4. 9. & per tot. de Iur. pat.

c Sup. Quibus mod. iuſ. pat. pot. ſol.

d Secundum Hot. Hic ver. Ideoq; nec in tutelam.

terius tutelam, quod tantum à veritate diſtaret, quantum diſtat ortus ab occaſu, quia fratres maiores, communi Patre mortuo, ſunt impuberũ fratruũ tutores.[e]

[e] l.1 §. ſi apud & l.2. ff de legit. tut.

3 Sed † adhuc non eſt omnis contrarietas detecta, quia non ſat eſt, iudicio meo, ſupplere verba (eorum recideret) ſi genus quoq; non declaremus, quarè ſic dicerem ſecundum communem ſenſum; ſi legitimi ſunt tutores libertorum filij Patroni, quia eoſdem, non emancipatos, eſſent habituri in poteſtatem; filij Patris emancipantis, quia, eo mortuo, non ſubinttant poteſtatem fratris, nec eius legitimæ tutelę ſubijci debent, quod æquè diſtat à veritate, cum certum ſit, hos impuberes ſubiacere tutelæ fratruum, & quidem propter ſanguinis proximitatem, & propter ſpem ſucceſſionis legitimæ;[f] & aliquantulum Hotomani[g] auget difficultatẽ.

[f] d.l. 1. & 2. d. leg. tut.

4 Nè ergò ſcrupulum faciat quomodocunq; ſumptus excitatus locus, quęrẽdum eſt de ſolutione: † Idem Hotomanus[h] putat, verba (Ideòq; nec in tutelam) fuiſſe primò à quodam Commentatore parum mentem Iuſtiniani intelligente, per modum explicationis, adiecta, mox paulatim à ſcriptoribus inſerta parũ ſapientibns, & à librarijs, neutro prudentioribus, impreſſa demum: & ideò ſuperabundare, nec adiecta fuiſſe à Compilatoribus; à quo fortè non diſcrepat. V B S. cum eadem illa verba in ſuo codice deſiderentur.

[g] d. ver. Ideoq. nec.

[h] Alleg. loco.

5 Theophilus[i] tamen † vulgatam impreſſionem ſequi videtur, nec difficultate hac lęditur, quia verba iſta (Ideòq; nec in tutelam) refert ad Fratrem maiorem Tutorem, dicendo filium hunc (maiorem .ſ.) non habere eamdem tutelam, quam filius patroni habet (qui eſt legitimus tutor) ſed vocari fiduciarium.[k] Quod certè verum eſt, conſiderata facti veritate, ſed ſtante illatione Iuſtiniani, & relatione, quam facit ad eum impuberem, de quo dixerat, non recidere in poteſtatem

[i] Hic verſ. Nam ſi ego.

[k] Quod ſent quoq; in verſ. Tut. Accurſ.

H 2 fra-

fratris nõ emãcipatũ, nõ videtur vndequaq; quadrare.

Quarè † cõſiderate, an ſi in hũc ſenſum fortè tolleretur omnis difficultas: Filij emancipati, ſi non eſſent relaxati à poteſtate, ſui iuris, Parente mortuo, efficerentur, nec reciderent in poteſtatem fratris, ideòq; nec in tutelam, ſubintelligite, tunc fiduciariam (vt facta emancipatione) ſed legitimam. 6

Vel † poſſumus dicerè, Iuſtinianum in verſ. (Ideòq;) reſpondere his, quæ dixerat in verſ. (Quoniam filius) hoc eſt, quoniam filius defuncti non tranſiret, mortuo parente, in poteſtatem fratris, ideò nec in tutelam legitimã emancipatus, meritò in fiduciariam, quaſi dicere voluerit, Alia danda eſt tutela iſtis filijs, quam detur filijs Patroni, quoniam impubes libertus tranſiret in poteſtatem filiorum Patroni, impubes frater non tranſiret in poteſtatem filiorum Patris, hoc eſt fratruum ſuorũ, vndè cum ſit ratio diuerſa, diuerſum quoq; ius conſtitui debet: quæ non longè diſtat à priori interpretatione. 7

RERVM NOTAE.

1 *Aetas Tutorum, quæ, & nu. 12.*
2 *Tria proponit Auctor de ætatibus hominũ dicẽda.*
3 *Aetas quid ex mente Alberti Magni.*
4 *Aetates humanæ tres ſecundũ Seruium Tullum.*
5 *Pytagorici quatuor ætates hominum eſſe volunt.*
6 *Grammatici quinq; ætates hominum ſtatuerunt.*
7 *Sex ætates hominum alij decernunt, quibus accedit Auctor, & num. 9.*
8 *Hyppocrates ſeptem in partes ætatem diuiſit.*
10 *Quæ ſint ætates humanæ, & quo tpe terminẽtur.*
11 *Aetas perfecta quæ.*

13 Com-

13 *Complementũ hominis ab anno vigeſimo quinto.*

14 *Aetas 25. annorum numero quinquenario quadrato conſtat.*

15 *Initium ætatis noſtræ an à concæptione, vel à natiuitate incipiat.*

16 *Non ſat eſt Tutori attigiſſe xxv. annum, niſi compleuerit.*

17 *In curatione ſumus vſq; ad xxv. annũ completũ.*

18 *Dies in Tutela conſideratur à natiuitate, non ſecundum diem naturalem.*

19 *Cur 25. anni deſiderentur in Tutoribus.*

20 *Electio Tutoris minoris, facta in teſtamento, habet exequutionem quando completur ætas.*

21 *Aetas 25. annorum requiſita in exequutoribus Teſtamentorum, in Arbitris, Iudicibus, ac Procuratoribus ad Iudicia.*

22 *Aetas Conſulum, aliorumq; Magiſtratuum, quæ, remiſſiuè.*

23 *Qua ætate conferantur beneficia, ac Dignitates Eccleſiaſticæ, remiſſiuè.*

De humanæ Ætatis ratione, & quæ ętas in Tutoribus requiratur. Cap. VI.

IAM ventum eſt ad poſtremam huius Conſtitutionis partem, ex qua colligimus in qua conſtituti ętate homines conſtitui poſſint tutores, nè dum ra- a In verſ. Ita demum.
1 tione Fiduciæ, ſed etiam quacumq; in tutela. † Dicit enim Iuſtinianus a eos tãtum ad Tutelas vocari, qui per

fectę

fectæ ſunt gratis, ſed profectò per minus nota ſententiam ſuam exponit Iuſtinianus, & quaſi cum Ariolis, & Vatibus loqueretur, profert quid in hoc ſentiat, ex quo adhuc non minus dubium eſt, qui nam poſſint eſſe 2
Tutores: † Ego verò tentabo mnia patefacere: & primo dicam quę ſit Aetas perfecta: ſecundo quando incipiat: tertio qua ratione ea ad conſtituendum Tutorem requiratur.

Et vt primum expediam, non poſſumus cognoſcere ætatem perfectam, niſi quid ætas ſit, cognoſcamus, & illius partes; ideò breuiter primum de vtroq; dicemus. † Aetas, vt definiuit Albertus ille, cui Magni, propter
magnum ingenium, nomen conceſſit antiquitas, quod 3
ex noſtris refert, & ſequitur Sforzia Oddus,[b] nihil aliud eſt, quam ſpacium temporis homini in hac vita conceſſum, in quo virtus vitæ, ſecundum omnem ſuæ operationis modum, perficitur.

In diſcretione autem partium, in partes quoque viri
doctiſſimi iuerunt; † Nam alij tres tantum ſtatuerunt, 4
& primus fuit Seruius Tullus Romanorum ſextus Rex, vt Gellius[c] refert, Puerilem nempè, Iuuenum, & Senum, quod Iacobus Men. diligenter obſeruauit.[d]

† Pytagoras verò, ſecundum quadripartitam anni di 5
ſtinctionem, quatuor quoq; ętates in homine conſiderauit, vt refert idem Menochius.[e]

Fuerunt, † etiam quidam, quibus magis placuit 6
quinqnuplex diſtinctio, vt Varro Terentius,[f] & Seruius Grammaticus,[g] oculatiſſimi viri.

Sextam † addiderunt alij, quoniam Mundi quoq; ſex
conſiderantur ætates, cuius inuentorem refert idem 7
Menochius.[h]

Tandem † inter hos poſſumus referre etiam Hyppo- 8
cratem,[i] quem multi ſunt ſequuti, qui ſeptem in partes cc nſiderauit noſtram ætatem.

b In tract. de reſt. in int. q. 2. art. 2 nu. 12.

c lib. x. c. 28.

d In tract. de arb. Iudic. caſ. 56. nu. 4.

e d. caſ. 56 nu. 3. & cum eo ſentit gloſſ in l. hereditatum ad leg. falc.

f Referente Men. d. loco

g Referente eod. Men. ibi.

h d. loco nu. 5.

i Ex eod. ibid.

Sed

Sed † relinquamus Pytagoricos iam inueteratos, di-
9 mittamus Grãmaticos, & Medicos quoſcunq; noſtris[k]
magis accedamus, qui frequentius inclinant in penul-
timam opinionem, diuidentes ſex in partes ætatem † in
10 Infantiam nimirum, Pueritiam, Adoleſcentiam, Viri-
litatem Senectutem, & Decrepitatem. prima à prima
origine vſq; ad ſeptimum producitur annum,[l] ſecunda
cum pubertate extinguitur,[m] tertia pro fine habet xxv.
annum,[n] quarta protrahitur vſq; ad quinquageſimum,
quinta ſeptuageſimo terminatur,[p] ſexta verò Mortis
ſæua falce interciditur.[q]
11 Harum verò † quę ſit magis perfecta, ſi ſolum ætatis
florem reſpicimus; non multum eſt difficile ſtatuere, ve-
rum cum quæcunq; habeat partes aliquas, quibus prę ſ-
tet, commodè non poſſumus, & tutè ſtatuere, ſed iux-
tà occaſionem, & magis perfectam, & magis legitimam
dignoſcimus, vt teſtatur Vlp. 18. ad Sab.[r] per quem
etiam Syluester.[ſ]
12 In caſu † de quo quærimus, certi ſunt termini ſtatu-
ti, ex quo in reſolutione haud periclitamur, Interpres
enim eſt ſui ipſius idem Iuſtinianus,[t] qui, licet teſtimo-
nio egeat nullo, habet tamen locupletiſſimos confir-
matores Theophilum[u] Accurſ.[x] & communem Inter-
pretum Scolam. Hæc autem ętas perfecta in Tutelis,
ex dictis, eſt Aetas xxv. annorum, quę & iuſta, & legi-
tima, & perfecta ſolet à noſtris appellari, vt latè Syl-
ueſtet[y] oſtendit, & Oddus.[z]
13 Et quidem † ſumma ratione, cum ad hanc vſq; tem-
poris partem membra noſtra recipiant augumentum,
eaq; adueniente roborentur, & animus ipſe, ſecundum
Platonem, & Ficinium, omnibus numeris abſoluatur,
ità vt in hoc animi, & corporis complemento verè ętas
perfecta dici poſſit. &
14 † Accedat, metam huius temporis finiri quinquena-
rio

k Men. d. caſ. 56. nũ. 6. Odd. d. art. 2. nu. 14. & relati p eos Caſſan. de Cõſ. Burg. rub. 6. §. 4. ver. Entr. gẽs nu. 14. & ſeq.

l L. 18. C. de Iur. deliber. Gloſ. in l. 49. §. initiũ ff. de Poſtul. Odd. d. art. 2. nu. 14.

m §. 1. inf. Quibus mod tut. fin. Odd. ibid. nu. 17.

n l. 1. ff. de Minor. Odd. ibid. nu. 18.

o Odd. ibi. n. 19

p Odd. ibi n 20

q Odd. ibi. n. 21

r l. 44. in fin. de leg. 3.

ſ Hic nu. 4. & facit idẽ Caſſ. alleg. loco nu. 28. & ſeq.

t In l. fin. C. de leg. Tut. & ſup. Qui teſt. tut. dur. poſſ. §. furioſus & inf. De exc. Tut. §. Item minor.

u Hic in fin,

x Hic verbo Perfectę.

y Hic ſub nu. 4. & ſeq.

z d. q. 2. nu. 28. ar. 3. facit Caſt. in l. pen. §. fin. autẽ n. 2. C. de bõ. liber. Odd. d. ar. 3. nu. 35.

rio quadrato numero, tum in ſe ipſo perfecto, tũ quia, multiplicatus in ſe ipſo, reincidit pręſtantiſſimus, [a] propterea ſolidiſſimus, & fortitudinis numerus à Platone reputatus, quarè, mirum non eſt, ſi qui in eo vitam degunt, quaſi in ætatis flore, perfecta in ætate conſtituti credantur.

Sed quęrendum eſt de initio, & vltimo extremo huius ætatis, nam ſi ætatem xxv. annorum dicimus eſſe perfectam ætatem, quando incipiat, & finiatur eſt videndum: † Et quidem multum eſt controuerſum, an
computetur tempus à die Conceptionis, vel Natiuita- 15
tis, & poſt multam controuerſiam, Oddus [b] concludit
à natiuitate incipere. † Finem aũt non pertingit quis ſi 16
vltimum attigerit annum, ſed, ni fallor, debet vſque ad vltimam horam incluſiuè accedere, † quia, & vſq; ad
xxv. completum annum ſumus in curatione, [c] quę non 17
extranea penitus menſura eſt ætatis perfectæ, vt ſtatim
apparebit; [d] Eſt tñ verum † extremum vltimi diei natu- 18
ralis non eſſe expectandũ ex neceſſitate, ſed poſſe etiam interdiù, & mane terminari, ſi is, de cuius ætate quęritur, mane, vel medio die natus fuerit, metimur enim tempus hoc non die, ſed ipſa natiuitatis hora, vt Oddus [e] ex communi teſtatur.

Poſtremum † nunc reſtat declarare, quod rationem 19
continet, qua iſtęc ętas magis, quã alia, requiratur in Tutoribus. Hoc dilucidè, & verbis apertis declarat Theophil. [f] & poſt eum Sylueſter, [g] Nicaſius, [h] & alij: hoc eſt, quia antequam dictum compleatur tempus, eius ſunt ætatis, vt Iuſtinianus [i] ipſe monet, vt ſua negocia tueri, & expedire non poſſint, ex quo, parum decet, eos ad aliena gerenda admittere. [k] Quę ratio, cum non magis quadret in Fiduciaria, quã in alijs tutelis, à Iuſtiniano [l] ad quoſcunq; Tutores fuit tranſlata: † in teſtamento
tñ electio Tutoris fieri poteſt ante illam ætatem, exe- 20
quutio

a d.n.35.Odd.

b d. quęſt. 2 n. 47. in ar. 7 per l. p. & 3. §. minore de min.

c Inſt. inf. de Curat. in prin. late Odd. d. q. 2. art. 8.

d Inf. verſ. Poſtremum.

e d.q.2.ar.9.n.54. & ante eũ Couar. in Rel. de Sponſal.

f Hic in fin.

g Hic nu. 2.

h Hic nu. 5.

i Inſ. de curat. in princ.

k l. 21. ff. de Adulter.

l Hic & ĩ l. fin. C. de leg. tut.

quutio verò ſuſpenditur vſq; ad illius complementum, vt ſit, recuperata ſanitate, in eo, qui furoris valetudine eſt oppreſſus. m

m d.§. furioſus ſup. Qui teſt. tut. dari. poſſ.

21 Interpretes † poſtmodum hanc perfectam ętatem exquiſiuerunt in exequutoribus teſtamẽtorum, in Procuratoribus ad iudicia, in Arbitris, & alijs, de quibus per Aretinum, n & alios, o quippè cum in iſtis omnibus eadem, quę in Tutoribus, ratio optimè vigeat. † Qua verò ętate Conſules, Magiſtratus alij, ac cęteri, qui munera publica exercerent crearentur apud antiquos, docet plenè Alexander ab Alexandro. p † Quę verò ad beneficia, vel Dignitates conſequendas ſpectetur; refert vltrà Canoniſtas Caſſaneus q quoq;.

22

23

n Hic nu. 5.

o Add. ad Fab. hic,

p lib. Gen. dierum 3. cap. 3. & lib. 4. cap 6.

q De Cõſ. bur. d. rub. 6. nu. 3. alleg. verſic.

RERVM NOTAE.

1 *Pandulphus Spannocchius laudatur.*

2 *An, Mater, vel Auia Tutrices emancipatorum, ſint fiduciariæ, vel alterius generis Tutrices, & nu. 4. 7. 10. 12. & 18.*

3 *Controuertebatur, an tutela conceſſa fœminis eſſet legitima, vel datiua, ſed dicitur legitima.*

5 *Excitantur Carmina M. Tullij contrà fœminas.*

6 *Contrà eaſdem Carmina Franciſci Petrarchæ. Item, & Iacobi Sanazari.*

8 *Fœminis conſtante Matrimonio regulariter non licet petere Dotes.*

Nec eſſe Procuratrices in Iudicijs,

Nec exercere mercaturam,

Nec pro alijs Fideiubere,

Nec eſſe Curatrices.

9 *In multis locis ex Iure ſtatutario fœminæ non poſſunt contrahere, nec Teſtari ſinè conſenſu Mariti, vel propinquorum.*

11 *Remoti à ſucceſſione per ſtatutum etiam à Tutela remouentur.*

13 *Emancipatio non lædit iura fœminarũ, & n. 14.*

15 *Patria poteſtas ad Patres, nõ ad Matres refertur*

16 *Fœminæ non poſſunt Filios vendere,*
Nec ijs Tutores dare in teſtamento,
Nec ſubſtituere Pupillariter.

17 *Fœminæ per exemplarem ſubſtitutionem poſſunt mentecaptis ſubſtituere.*

18 *Tutelæ aliæ ſunt Iuſsæ, aliæ Permiſſæ.*

An fœminę ex hoc capite admittantur ad tutelam. Cap. VII.

HIC fortè ſatisfacere licet dubitationi, non minus vtili, quàm curioſæ, † excitatæ nuper ab optimę 1
ſpei adoleſcente Pandulpho Spãnocchio, qui ętate immatura lauream doctoratus aſſequutus, omnium quidem acclamatione, nullius tamen admiratione, cum in ea familia, vnà cum lacte, videantur quodámmodo ſugere ius ciuile, quod nunc, ſumma ſtudentium vtilitate, pandit in nobiliſſima Academia Bononienſium, à quibus hoc anno MDCXII. & honoratiſſimis ſtipendijs, & Ciuitate donatus eſt. † Exitabat enim ſiquæ
fœmina, vel olim Principis priuilegio, ª vel rectò iurè 2
hodie, hoc eſt Mater, & Auia, ᵇ & alia ſiquę ſit, emancipatorũ à Patribus ſuſceperit tutelam, fiduciaria nè ſit,

a l. fin. ff. de Tutel.

b l. 2. & auth. Matri C. qñ mul. tut. off. fung. §. 1. Aut. vt ſine proh. matr. Aret. in §. final. de leg. patr. tut.

an cuiuſq; alterius generis tutrix? † Quod vt commo-
3 dius declaretur, debemus primò ſtatuere, Antiquam c
fuiſſe quæſtionem de Tutela Matri, & Auiæ conceſſa,
fuerit nè legitima, vel Datiua, an anomala, quàm extra-
ordinariam Acurſ. appellauit; d ſed quoniam Imperat.
Theodoſius ad Florent. Præfectum præt. eam legiti-
mam nominauit, e & antè eum Vlp. ad Sabinum, f cre-
briori calculo concludunt DD. legitimam eſſe, non da-
tiuam, nec minus extraordinariam.

c DD. in d. Auth. matri, & Auiæ.

d In verb. Permitt. d. Auth. matri, & Auię.

e l. 6. C. ad Senat. cõſ. Tert.

f l. 2. §. quod ſi patris. ff. ad Tertill.

4 Quo ſic ſtante, † optimè quęri poteſt, in propoſi-
ta ſpecie, an ſit legitima, vel fiduciaria Tutrix Mater,
vel Auia; & quidem, ſi auctoritate difficultas eſt diri-
menda, terminata prorſus quæſtio eſt, cum præter ea,
quæ habentur in Gloſſ. vulgari, excitata inter alios à
Caſſ. g M. Tullius † ſic de fœminis loquatur. gg

g De cõſ. Bur. Rub. 3. §. 5. nu. 29.

gg Car. Illuſt. pert. vol. 2.

5 *Crede ratem ventis, animum nè crede puellis,*
Nanq; eſt fœminea tutior vnda fide:
Fœmina nulla bona eſt, vel ſi bona contigit vlla,
Neſcio quò fato res malè facta bona eſt.

Et † Poeta Etruſchus h princeps inter liricos.

h Franciſ. Petrarch. in liricis

6 *Femina è coſa mobil per natura,*
Ond' io ſo ben, ch' vn amoroſo ſtato
In cor di Donna picciol tempo dura.

Nec minus concinnè ad caſum noſtrum de ijſdem ceci-
nit Iacobus Sannaz. dum ait. hh

hh Eglog. 8.

Nell' onde ſolca, e nell' arena ſemina,
E'l vago vento ſpera in rete accogliere
Chi ſue ſperanza fonda in cor di ſemina.

Ex quo inconueniens eſſet, & nimis periculoſum, fę-
minis eam concedere tutelam, quæ in ſola fiducia ſua
continet fundamenta i: † Sed, quoniam iurè agere de-
7 cet, poſſumus vim prædictis addere ex noſtro textu,

i ſup. par. pri. cap. 2. & 6.

dum vocat Iuſtinianus ad hanc tutelam virilis ſexus perſonas, quibus verbis, ſine vllo dedecore, fœminæ excluduntur ex Pauli I.C. regula, Qui vnum dicit, aliud excludit; [k] qua dicendi formula in noſtra hac materia primum eſt vſus Modeſtinus. [l]

8 Confirmatur, quia, ſi lex non fidit fœminis propria bona, † quando nimirum prohibet Maritis nè, coniugio vigente, proprias reſtituant dotes, dubitans de illarũ ſocordia; [m] ſi interdicit ijs nè cauſas alienas agant; [n] nè exerceant argentariam artem; [o] nè pro alijs in quauis opportuna neceſſitate intercedant; [p] aut aliorum curam gerant, [q] vndè Romani eas in perpetua tutela eſſe voluerunt, [r] nec † deſunt in Ciuitatibus ſtatuta, quę 9 præcipiunt eas, dum contrahunt, dum vltima componunt elogia, propinquorum adhibere conſenſum; [ſ] multò minus alienas perſonas, & impuberum præſertim, qui exactiori egent cura, ac diligentia, illarum poteſtati committet, ſi digniores, atq; pręſtantiores ſunt. [t]

Altera † ex parte, nec videntur admittendę per caput 10 legitimæ tutelæ, quia, etſi aliquando fœminis ſpeciali fauore lex conceſſerit tutelam, [u] eas tamen filijs alienis nunquam pręfecit: [x] Emancipatorum ergò Tutrices filiorum non erunt à lege, cum illi per relaxationem à paternis vinculis, deſierint eſſe ſui, & extranei, & penitus alieni fuerint effecti. [y]

Accedat † tutelam legitimam adeò pendere à ſucceſſione, vt iam eſt deductum, [z] vt agnati, qui, vel com- 11 muni, vel municipij lege remouentur ab hæreditate, à tutela quoq; remoti cenſeantur: [&] fœminæ verò, etſi priuentur ſucceſſione, ius tamen tutelæ integrum ſibi conſeruant. [&&]

k l. 12. de Iud. l l 4. de leg. tut. m l 76. ff. de iur. dot l. 21. ſol. matr. l pri. C ſi cõſt. mat. § Dos Auth. de nupt. n l. 1 ff. de Poſtul l 41. & l. 54 ff. de Proc. l. 18. C. eod. l. 2. de reg. Iur. o l. pen. ff. de edend. DD. in rub. eod. ti. C. p l 1. ff ad Vell. q Angel. in l. 2 de cur. bo dan. Dec. d l. 2. r Anto. Cont. lib. 2. c. 13. nu. 2. ſublec. lect. Sigo. lib. 1. de ant. iur. c. 13. ſ Rod. Suar. in tit de los. died. Caſſ. de conſ. Burg. rub. 4. §. 1. ver. ne peus fair. Io. Lop. in rub. de Don. int. vir. & vx. §. 68. & Senis eſt ſtat. in rub. 168. in 2. diſt. t §. fi. ſup. tit. 2. u d. l. ſi de tut. x Mar. cõſ. 20. Dec. ibi. n. 20. y §. præterea quib. mo. ius pat. pot. ſol. §. emãcipatos de ex lib. §. emancipati de hæred. quę ab int. def.

z Sup. par. 1. c. 8. n. 19. & inf. par. 4 c. 2. nu. 7.

& Bart. in l. 1. de leg tut. Dec. d. l. 2. n. 19. & Cagn. in l. quo 74. n. 2. de reg. iur.

&& Sali. in Auth. ſicut C. de leg. hær. Dec. d. n. 19. Cagn. ibi. n. 3. Viſ. ad Affl. Dec. 183. nu. 4.

Sed

12 Sed † certè, præmiſſis omnibus poſthabitis, ſi dabitur in propoſito caſu tutela, vt proculdubio dabitur; eam dandam fœminis puto, quam ex priuilegio iura illis conceſſerunt, cum his temporibus, quando nec hæreditati, nec agnationi officit emãcipatio,[a] omnes tutelæ ſunt legitimę, vt ſuo loco eſt dictum: [b] Iurè etiam illo tempore legitima erat ea tutela, quæ fœminis ob
13 filios à patre emancipatos dabatur, † cum illę emancipatione nulla in parte afficerentur. [c]

14 Hoc † profectò, nè dum confirmat noſtram opinionem, ſed tollit egregiè argumentum primo loco adductum, nam reſpectu matris, emancipati à patre non dicuntur alieni, cum nec exiſtentes in illius poteſtate ſui
15 dicerentur; [d] Patria † poteſtas patrum, non matrum eſt
16 priuilegium: [e] vndè † ex cauſa famis non vendunt filios fœminæ; [f] nec ijs Tutores in teſtamento decernere poſ-
17 ſunt; [g] vel ſubſtituere impuberibus, [h] quamuis † adultis, mentis perturbatione correptis, per exemplariam conſulant, eadem retorta ratione. [i]

18 † Ad eneruandnm alterum argumentum ſola vtemur Vercellentium [k] diſtinctione; hoc eſt, illud intelligi de tutelis, quas iuſſas appellant, non in permiſſis, vt ea eſt, quæ fœminis datur: [l] ex qua permiſſione eas exemptas eſſe ab illa regula manifeſtè conſtat ex eodemmet Iuſtiniano. [m] Iurè ergo Iuſt. ſolas virilis ſexus perſonas ad fiduciariam tutelam ſua conſtitutione vocauit.

a l.4. vbi Ang. C. de leg. tut.
b par.1. c vlt. n.43. in fin.
c DD. in d. au. matri, & auiæ C. qñ mul. tut.
d §. ſui, & § cęteri inf de hęr. qual. & dif. l. 1 de lib. & poſth.
e §. fœminę de adop. & de pat. pot. ĩ prin. DD. in auth. ex teſtõ de collat.
f Gloſſ. in l. 2. C de patr. qui fil. diſt. & ibi Bar. & in l. fin. C. de pat. pot.
g l.4. ff. de teſt. tut l. 71. de leg. 3. §. mater l. 74. § nemo de reg. iur. §. permiſſũ ſup. qui teſt. tut. dar. poſſ. vbi Minſing. n.7.
h l.2. de vulg. Minſi. in prin. de pupil. nu. 5.
i l 9 C. đ Imp. & al ſub. Min. §. qua ratione nu. 7. d. tit.
k d. l. 74. n. 2.
l d. Aut matri.
m ſup. §. fin. de l. patr. tut.

PARS

PARS QVARTA.

RERVM NOTAE.

1 *Pondera inflexa ſunt grauiora.*
2 *Fruſtrà immoramur in cortice, dum difficultas eſt in medulla.*
3 *Verba difficiliora quæ ſint in hoc textu.*
4 *Detegitur prima difficultas ex medulla textus.*
5 *Eſt fiduciarius qui non eſt habiturus impuberem in poteſtate, ſi non eſſet emancipatus.*
6 *Detegitur difficultas altera.*
7 *Ordo difficultatum enodandarum.*

Notatur ſumma huius contextus difficultas. Cap. Primum.

QVARTA nunc reſtat, ac poſtrema pars, abſq; vllo dubio difficilior; † ſic etiam 1
ponderum ſuperior pars à perpendiculo inflexa, quò magis ad planũ accedit, eò fit grauior: a enodatis ſaltem difficultatibus, in plano tandem veritatis (vt ponderi quoq; accidit) tutius licebit conquieſcere. Summa autem difficultatũ huius Conſtitutionis eſt, omnium conſenſione, (relictis verborum ambagibus, † nè in cortice tem- 2
pus conteramus, dum in medulla eſt elaborandum) in verſ. † (Quo defuncto,) in ijs maximè verbis (Filiorum 3
ſuorũ) & in verſ. (Atqui legitimo) ibi prȩſertim (Quoniam filius quidem defuncti, &c.) Dum Tribonianus in explicanda natura Fiduciarię tutelę, ac in perſonis enume-

a Ariſt. in Mec. Leo. Bapt. lib. lib. 6. c. 6.

merandis, quibus illa committatur, ait Emancipatoris defuncti liberos, virilis ſexus, tutores eſſe fiduciarios filiorum ſuorum, vel fratris, vel ſororis, vel ceterorum, cum hi, ſi non eſſent emancipati à defuncto, eius morte, ſui iuris efficerentur; ideò cum libertus, non emancipatus à patrono, poſt mortem illius in eiuſdem filiorum poteſtatem recaderet, non fiduciariæ, ſed legitimæ ſubijcitur tutelæ.

Quæ procul dubio diuerſa eſſe, & valdè contraria, ac inter ſe acerrimè pugnare videntur. † Si enim filio
4 datur legitima tutela ex libertis à patre manumiſſis; [b] cur filio eidem ex liberis à Patre emancipatis dat Fiduciariam Tribonianus? (quæ eſt prior textus difficultas). Etſi accidit, vt demonſtrat, [c] quoniã liberti, non donati libertate, recaſuri eſſent in poteſtatem filij, patrono
5 mortuo; [d] Vndè licet quodammodò notare † regulam, Ijs tantum committi fiduciariam tutelam, qui impuberem, de cuius tutela agitur, ſi emancipatus non eſſet, mortuo parente emancipatore, non eſſent in poteſtate habituri, vt ſunt Fratres, Patrui, Patrui magni, & ſimiles reſpectu impuberum Fratrum, vel Nepotum.

† Cur altera ex parte (quę eſt poſterior difficultas, &
6 longè anguſtior) Patri ob filium ab Auo emancipatum, quem, auo decedente, eſſet accepturus in ſua poteſtate, ſi non fuiſſet emancipatus, [e] dat fiduciariam tutelam? vt colligitur ex pluribus locis noſtri textus. [f]

Hæc cum ità ſint, magnos perducimur in anfractus, miſerrimè caliginoſis perfundimur nubibus: perquirenda tamen uia eſt, latebrę omnes luſtrandæ, rimandi ſinguli receſſus, vt ex iſtis craſſis tenebris euocemur, atq; educamur aliquandò, & locum hunc clariſſima veritatis luce illuſtremus: & quo minus noſtri Scribentes excitarunt, vel excitatas, fœliciter diſſoluerunt difficultates, magis nobis eſt elaborandum, vt veritatis apicem

ſi fieri

[b] De leg. pat. tut. ſup.

[c] In ver. Quoniam quidem.

[d] l. 4. nona. & per tot. de iur. pat. Ferret. hic.

[e] §. prin. ſup. quib. mod. ius patr. pot. ſol §. permiſſũ ſup. de tut.

[f] In verſ. Nepotem, vel neptem in verſ. Quo defuncto & in verſ. & cæterorum.

ſi fieri poſſet pertingamus: audebo ergò, & liberè proferam quid ſentiam, an ſit, vel nè momentum habiturum, alijs ſubijciam examinandum; etſi ſcopum non tetigero, erit, fateor quidem, ingenioli mei vitiũ, ſed non minus loci difficillimi labes non exigua, cum etiam oculatiſſimi in eo exponendo, & clariſſima Iuris noſtri lumina cœcutierint. † Primum ergò priorem abſoluam difficultatem, paucis tamen, vt ſpero; mox aliquanto latius ad ſecundam vires omnes conuertam, ea tamen claritate, qua in re obſcuriſſima potero maiori. 7

RERVM NOTAE.

1 *Mortuo emancipatore, filij ex libertis manumiſſis ſunt Tut. legitimi, ex liberis Fiduciarij, & n. 3.*
2 *Tutela Parentũ eſt inducta ad exemplũ Patron.*
3 *Pater transfundit Tutelas legitimas ad filios.*
4 *Quarè diuerſimodè procedant Tutelæ libertorum, ac liberorum ex Triboniano.*
5 *Circà idem ſententia Auctoris.*
6 *Vt emancipatus non ſuccedit Agnatis, ſic, vice verſa, illi non ſuccedunt emancipato.*
7 *Qui non ſuccedit, non grauatur Tutela.*
8 *Emancipatione infringuntur priſtina iura.*
9 *Circà quæ Ius patronatus verſetur.*
10 *Maius beneficium eſt manumiſſio emãcipatione.*
11 *Morte parentis filij ſui iuris fiunt.*
12 *Contrà liberti Teſtamentum, & Patrono, & eius liberis datur bon. poſſeſſ. contrà tab.*
13 *Contrà emancipatorum teſtamenta datur Parentibus contrà tab. non autem eorum liberis.*

Cur

Cur diſſimilis tutela ſit in filio patroni manumittentis, ac in filio Patris emancipantis. Cap. II.

1 PRAEDEFVNCTO † Parente, Filium ex libertis, ab eo manumiſſis, tutelam habere legitimam, ex liberis emancipatis fiduciariam, non obſcurè a Hic verſic. Atqui.
2 ex Triboniano [a] colligitur: † & tamen, cum tutela parentum ad exemplũ ſit introducta patronoruuꝫ; [b] quemadmodum † ex libertis, à patre manumiſſis, ſunt filij b Sup. de legi. paren. tut.
3 legitimi tutores, [c] ità ex liberis, ab eodem emancipatis, ad legitimam eoſdem ammitti debere, ratio videtur expoſcere: transfundit Parens legitimam, quam ipſe, c Sup. de legit. patr. tutel. in princip.
tum ex libertis, tum ex liberis gerebat, tutelam, ad filios ſuperſtites, [d] & cum reſpectu libertorũ eaſdem illa conſeruet qualitates, ob liberos deberet pariter priſtinã retinere naturam. † Quarè aũt contrarium factum ſit, d L. 4. de legit. tut. & Iuſt. hoc tit.
4 non dum palàm omnibus conſtat; oculis noſtris Tribonianus [e] ſubijcit, id contingere; Quoniam liberti, ſi ſerui manſiſsent, eodem iure apud filios domini, e d verſ. Atqui hic.
poſt mortem eius, futuri eſſent; liberi verò defuncti, ſi non eſſent à viuo patre emancipati, poſt obitum eius, ſui iuris efficerentur: Quæ ratio quanti ſit ponderis, num ſemper quadret, & an ad omnes, vel ad aliquos tantum caſus poſſit accomodari, dicam latius infrà, [f] in ſecunda difficultate enodanda, hic verò de diuerſitatis ratione meam referam ſententiam. f Cap. 1. & ſequentib.

5 Mea igitur ſententia † ratio diſcriminis eſt, quoniam in filio emancipatoris ceſſat cauſa, per quam leges ſolent legitimam committere tutelam, tum agnatis, tum patronis, tum etiam ipſis parentibus, nec non alijs quibuslibet, qui verbis xij. tab. vel mente, aut

K quauis

quauis alia iuris figura, vocantur, hoc eſt, ſucceſſio,[g] vt
† enim qui emancipatur eximitur ex agnatione, ità cum 6
alijs, qui remanent in agnatione, ipſe quoque inuicem
ſpe ſuccedendi deſtituitur, [h] vndè † per caput legiti-
mæ tutelę non decebat illum oneri ſubijcere, [i] in quam 7
opinionem eò validius confirmor, cum viderim Sylue-
ſtrum [k] eam referre, tanquam rationem finalem, & verã.

Sed quarè filius iſte liberis emancipatis non ſucce-
dit, cum libertis ſuccedat? Differt profectò emanci-
patio à manumiſſione, † illa infringuntur penitus pri- 8
ſtina iura, [l] per hanc conſeruantur; ſaltem ob conditio-
nem patronatus; † quę cum ob reuerentiã, [m] operas, [n] ac 9
ingratitudinẽ [o] ẽt in liberos emancipatoris; [p] vigeãt; ità
quoq; in hęreditatibus, & ſucceſſionibus ex edicto Prę-
toris primum, [q] mox ex lege Papia, [r] & poſtremò etiam
Iuſtiniani conſtitutionibus, [ſ] vires exercent ſuas: † fortè, 10
quia maximũ beneficium à patrono, conſequitur liber-
tus; dum recipit libertatem, quæ, & per ſe ineſtima-
bilis eſt, [u] & adeò pendet à patrono, vt ab alio eam non
poſſit regulariter cum effectu conſequi, vel adipi-
ſci; [x] quod † verò filius emancipatione acquirit, nec
multi eſt ponderis, &, ipſa demum parentis morte ſu- 11
perueniente, certiſſimè eſt adepturus: [y] vndè mirum non
eſt, ſi leges minus indulſerunt parentibus, & agnatis,
quàm patronis, & eorum liberis, nec illa quidem ſola
eſt inter eas differentia, ſed aliæ quoq; ſunt, nec profe-
ctò ſpernendæ, & illa in præſenti mihi occurrit, quam
Vlpianus ad edict. ſcripſit, [z] hoc eſt † aduerſus liberti 12
teſtamentum, & Patronis, & Filijs eius dari bonorum
poſſ. cont. tab. quæ tamen, etſi detur parentibus ex li- 13
berorum teſtamento, filijs tamen eorum denegatur.

g §. fin. ſup. de leg. pat. tut l. 1. in prin. de leg. tutor. nos ſup. par 2. cap. 4.
h §. emancipr- pati inſ. de hęr. quæ ab inteſt. def.
i Tradit Rainald. Corſ. lib. 1. indag. Iuris c. 17. fuit Ang. in l frater. C. de leg. tutel.
k In prin. huius tit. nu. 2.
l §. præterea. ſup. qui. mod. ius pat pot. ſol. m l. 2. & l. 9 ff. de obſeq. a lib. & libert. præſt. Duar c. 3. de acquir. h red. in princ.
n l. 3. & p tot. ff. de op. lib.
o l 20. d. tit. de op. lib. & l. 6. ff. de lib. agnoſc.
p l. 1. 4. & 9. de oper. lib.
q §. 1. inf. de ſucc. lib.
r §. poſt ea uerò eod tit. de ſucc. libert.
ſ §. ſed noſtra eod tit de ſuc. libert.
u §. fin. quib. cauſ. man. non lic. ſup.
x Sup delib in pri. & §. multis autem modis.
y §. 1. ſup. quib. mod. ius patr. pot. ſol.
z l. 1. ff. ſi quis à par. fuerit manumiſſ. in pri. & §. liberos. Nos inf. c. 8. nu. 20.

RERVM NOTAE.

1 *Quo nam modo Pater ſit Fiduciarius filij, ab Auo emancipati, ſi mortuo Auo, eumdem eſſet habiturus in poteſtate, & nu. ſeqq.*
2 *Reſponſio ad difficultatem, ex mente Iaſonis.*
3 *Duarenus aſſentitur Iaſonis expoſitioni.*
4 *Dictio (vel) ponitur inter diuerſa.*
5 *Relatiuum (Cæterorum) habet relationem ad perſonas, vltrà nominatas.*
6 *Filius, reſpectu primi Genitoris, dicitur Nepos.*
7 *Dictio (vel) expoſita ab Iaſone pro (Ideſt).*
8 *Relatiuum (Cæterorum) ex mente Cuiaci Ferretti, & Bodei delenda ex textu noſtro.*

Conciliatio verſiculi (Quoniam filius quidem) cum verbis (Filiorum ſuorum) ex mente Iaſonis. Cap. III.

EST ſublata penitus prior difficultas ex duabus, proximè [a] propoſitis: remouenda nunc altera eſt, & conciliandus cum verbis (filio ſuorum) verſiculus (Quoniam filius quidem) Oboritur enim repugnantia, dum Tribonianus videtur committere filium, ab Auo
1 emancipatum, tutelæ fiduciariç Patris, in verbis (Filiorum ſuorum) ob id, quod certum ſit, filium eſſe recaſurum in Patris poteſtatem, non emancipatum, quod eſt apertè contra rationem, expreſſam in d. verſiculo, Quoniam filius quidem, &c.

[a] Cap. 1. n. 4. & ſeq. ac 4 par.

Iaſon de Mayno Mediolanenſis; qui ingenij acumine

ſui ipſius admirationem ferè omnibus concitauit, aſſequendi autem ſpem multis quidem ademit; quamuis fateatur, locum hunc periculis eſſe plenum, [a] vt tamen ſcopulum euitet, † credit [b] Tribonianum [c] non loqui de Patre, cuius filius fuit ab Auo emancipatus; ſed de 2
filio patris emancipantis: & quoniam repugnabant uerba illa (filiorum ſuorum) putat exponi debere (filiorum defuncti) hoc eſt filiorum eius defuncti, qui emancipauit, (qui eſt pater impuberis, de cuius tutela agitur) vndè ſecundũ eum, tutelam qui gerit, eſt quidem emancipantis filius, & gerit tutelam alterius filij eiuſdem emancipatoris prædefuncti, & ità frater maior fratris impuberis ſolius tutor eſt fiduciarius: & ſic refert hanc fiduciariam tutelam ad ſolos fratres, quibus nulla in parte repugnat ratio, paulò poſt deducta à Triboniano [d] quod † ſentit fortè etiam Duarenus, [e] & ex Halo- 3
andro [f] etiam Mynſingerius. [g]

Duo tamen, ni fallor, nec falli credo, aduerſantur Iaſoni; † primum, dictio illa diſiunctiua (vel) ibi (vel fra- 4
tris, vel ſororis) quę videtur oſtendere, præcedentem caſum eſſe diuerſum; [h] alterum eſt † dictio relatiua (cę- 5
teris) quę; etiam ex mente Syluestri; manifeſtè oſtendit, fiduciariam tutelam vltrà fratres extendi: iſti enim cęteri, qui nam ſunt? ij nimirum, de quibus in pręfatione loquutus eſt idem Tribonianus [k] vltrà filios, & filias emancipatoris, hoc eſt nepotes, & neptes, & deinceps, ab emancipatore prouenientes; & ſub illa voce (Nepotem) comprænhenditur filius huius patris, † qui eſt in 6
controuerſia, cum, reſpectu primi genitoris, nepos propriè appelletur. [l]

Vidit primum Iaſon, & propterea ad illud euitandum † exponit dictionem (Vel) pro (Ideſt) [m] vt ſit 7
ſenſus verborum Triboniani, Defuncto emancipatore liberi illius, virilis ſexus, ſunt tutores filiorum eiuſdem de-

a In annot. ad Port. ver. Not. ex textu. ibi in veritate iſta ẽ periculoſa.

b In add. ad hũc tit. in ver. Forſitan facilius.

c Verſ. Quo dẽfuncto.

d d. ver. Quoniam filius quidem.

e Tit. de legit. Tut. ver. eſt &

f Ad hunc tex.

g Hic in fin.

h l. 13. De acq. hæred. & Rebuſt. l. 130. de verb. ſign.

i Hic nu. 1.

k verſ. Nam ſi pater.

l Sup. de patr. pot. §. fin.

m l. 9. C. vbi cauſ. fiſc.

defuncti, & ſic frater alterius fratris tutor eſt fiduciarius: quod intendit comprobare.

8 Altero † occurrit Iacobus Cuiacius,[a] cuius ſententiæ ſunt Aemilius Ferrettus,[o] & Bodeus[p] exiſtimantes, relatiuum (cœterorum) amouendum, cum in antiquis exemplaribus Inſtitutionum ſcriptum non legeretur, vt refert etiam Duarenus.[q]

a Ad Modeſt.
o In hoc tit.
p Hic verſ. filiorum ſuorū.
q d. ver. eſt & alia.

RERVM NOTAE.

1 *Commutare verba legum diſplicet Auctori.*
2 *Cuiacius delet ex noſtro textu, dictionem (Cæterorum).*
3 *Anaxagoras putauit ſolem eſſe ſaxeum.*
4 *Cimmerij negant ſolem reperiri.*
5 *In Reſp. Modeſt. nec vox (cæterorum) nec vox (ſuorum) reperitur.*

Theophilus, Ferrett. & Criſp. ponunt exemplum in Patre gerente Tutelam filij ſui Fiduciariam.

Refellitur Iaſonis expoſitio. Cap. IV.

1 NON † libenter inducor ad ſcriptas leges ex ſuo ſtatu dimouendas, & præſertim huiuſcemodi verborum commutationes ſemper mihi diſplicuerūt; in noſtro verò contextu laudabilius fortè eſſet, penitus † vt
2 Cuiacius de voce (cęterorū) effecit, & dictionem (ſuorum) delere, quam ità parum ſcitè, nè dicam pueriliter eam immutare, vel inuertere: † ſic enim grauius
3 apud antiquos Anaxagoras damnabatur, cum ſolem,
4 clariſſimam luminis facem, ſaxeam eſſe diceret, † quam Cimmerij, qui eum penitus negabant.[a]

a Plut. in libel. de ſupreſt. circà finem.

Verum

Verum cum † Modeſtinus I. C. quaſi quodam 5
clypeo, tractatu differentiarum, & Iaſonem, & Cuiacium tueatur, dum, dictione (ſuorum) & dictione (cęterorum) amotis, de hac tutela loquitur his verbis.[b]
Quo defuncto, ſi liberi perfectæ ætatis exiſtant, fiducia- »
rij tutores fratris, vel ſororis efficiuntur. »
Typograforum negligentia, nè dixerim Compilatorum incuria, locum hunc mendoſè prodijſſe crederem: Sed retardor vehementer, & quia non minus frequens poteſt eſſe caſus iſte, quam cœteri, & quia videtur ſatis manifeſtè expreſſus in noſtro textu.[c] † Accedat quod,
ſummæ aucthoritatis vir, Theophilus in ſua paraphraſi 6
ad hunc titulum[d] dilucidans exemplo quemcunq; caſum, refert, etiam Patrem, fiduciarium tutorem eſſe proprij filij, ab Auo emancipati, quod fit quoq; per Ferrettum,[e] & CRI.[f]: nec vnquam patiar animum à pręfata opinione recedere, cum Sylueſter[g] quoq; non læuiter Iaſonis intellectum damnet, ac feriò reijciat.

b In l. 4. ff. de legit. tut.

c In ver. Nam ſi pater.

d Verſ. Euenit autem, & uerſ. Pater autem.

e Hic circà fin.

f Hic n. 1. & 2.

g In uerb. Cęterorum hic.

RERVM NOTAE.

1 *Auctoris intellectus primus ad verſ. (Quoniam filius) & nn. ſeqq.*

2 *Ratio verſ. (Quoniam filius) tantum contemplatione fratrum refertur.*

3 *Confirmatur intellectus Auctoris ex Accurſio.*

4 *Pater, & Auus, item Filius, & Nepos ſunt perſonæ diuerſæ.*

5 *Laudatur Fabbricius Barbolanus.*

6 *Num ratio d. verſ. pertingat nepotes, & pronepotes, reſpectu Patrui, & Patrui Magni.*

7 *Iuſtinianus in hoc Titulo non agit formaliter.*

Auctoris

Auctoris primus intellectus. Cap. V.

SI adhuc viget difficultas detecta,[a] de ſolutione decet eſſe ſollicitum, quæ, ſi fortè mihi nimis non tribuero, reddet hunc locum apertum, & abſq; vllo ſcrupulo: referam ſi placet; † Dicendo, rationem à Triboniano [aa]
1 expreſſam nõ excludere Patrem à fiduciaria tutela filij, ab Auo emancipati, † non enim poſita eſt ibi, vt com-
2 plecteretur oẽs caſus relatos ſupra, [b] ſed ob fratres ſolummodo, qui fratris impuberis, à communi Patre emancipati, tutelam, patre defuncto, ſuſcepturi ſunt, quibus, vel maximè congruit relata [c] ſimilitudo filiorum patroni, libertum manumittentis.

3 Hoc † profectò, vt penitus nouum non eſt, cũ & Accurſius [d] alias illud excitauerit, & poſt eũ V B S.[e] & alij, qui ſaxum hoc euoluerunt; ità quoq; non eſt diuinatio, nec imaginatum figmentum; conſonum enim eſt menti noſtri textus, & verbis ipſius manifeſtè cõfirmatur, dũ, quę (habita relatione ad hanc rationem) referunt; vel Fratribus magis congruunt, vel manifeſtè fratres in medium inducunt, ideò obſeruentur ibi (Quoniam filius) & ibi (A uiuo patre) nec non ibi (Nec in Fratruum poteſtatem) Ex qua trina atteſtatione, qui diceret, Triboniani rationem [f] compręhendere filium in tutela fiduciaria proprij genitoris; † eodem quoq; tempore aſ-
4 ſereret, Patrem, & Auum eamdem eſſe perſonam, eamdem pariter Fratrem, & Patrem; ac demum Nepotem, & Filium, quod à verò, ac ipſa natura longiſſimè diſtat: quomodo, dicito mihi, Tribonianus potuiſſet diſſimilitudinem demonſtrare inter tutelam, quæ datur Filio manumiſſoris ob libertos manumiſſos, ac liberos emancipatos, ſi nepos retentus in poteſtate, eſſet recaſurus; mortuo Auo; in poteſtatem illius? [g] fuiſſet certè ex

a Sup. c. 1. n. 6. & c. 3.

aa verſ. Quõ filius quidem.

b In ver. Nam ſi parẽs, & uer. Quo defuncto

c verſ. Atqui legitimo.

d In gloſſ. Atqui verſ. Sed hęc ratio non tenet.

e Hic n. 4.

f d. verſ Quoniam filius quidem.

g Ad mentem §. 1. ver. Mortuo auo ſupr. quib. mod. ius patr. pot. ſol.

tè ex illo exemplo impoſſibile, ideò ad illud ratio non extenditur.

Sed Fabbricius Barbolanus ex Comitibus Montis Acuti, qui, cum non minus in bonarum artium ſtudijs, quàm in armis, ac curiali dexteritate profecerit, meritus eſt aſcribi inter intimos Curiales Sereniſsimi Magni Ducis D.N. Coſmi Medicei, hoc nomine, ſecundi, qui, vt Aui nomen refert, ità famam, ac rerum geſtarum gloriam, propria virtute, ac paternis exemplis, ęquare contendit. hic, inquam, Fabbricius, quęſiuit à me tunc. 5
† Num ſaltem ad nepotes, vel pronepotes, reſpectu Patrui, & Patrui magni; vel ſimiles, accomodari poſſet ratio illa? cui ſic puto poſſe ſatisfieri: Non auderem ſolis fraternis cancellis circumſcribere rationem illam, nè poſſet enumeratas quoq; perſonas cōpręhendere, cum in illis nulla difficultas obſiſtat, † (quemadmodum nec tantummodo fratrum ſtatui [h] fiduciariam tutelam propriam eſſe, nec Tribonianũ formaliter de ea tractare in hoc titulo [i]) quod non poteſt dici de patre, cuius ſolius intuitu, Criſp. [k] ex Cuiacio claudicare, & falſam dici regulam, nec fuiſſe mutandam VBS. [l] profitetur. 6 7

h Sup. cap. 5. hęc 4. par.

i Sup. p. 3. c. 1. Criſp hic uer. Cęterorum.

k Hic uerb. filius.

l Hic nu. 4.

RERVM NOTAE.

1 *An Pater, ex filio ab Auo emancipato, ſit legitimus, an Fiduciarius Tutor, & per totum caput.*

2 *Patrem eſſe Tutorem legitimum Filij ab Auo emancipati, voluerunt Iaſ. Nicaſ. Hotomanus, & Haloander.*

3 *Patrem eſſe Tutorem Fiduciarium Filij ab Auo emancipati tuentur Theophilus, Azzo. Accurſ. Aretinus, Cuiacc. & Alc. Syluest. & num. 25.*

5 Pater

4 *Pater legitimus Tutor ex ratione Iaſonis.*

5 *Pater, emancipans filium impuberem, gerit eius Tutelam legitimam parentum.*

6 *Ratio Nicaſij ad fauorem legitimæ tutelæ.*

7 *Ratio Hotomani ad fauorem tutelæ legitimæ.*

8 *Filius, & ſeruus acquirunt Patri, & Domino, & num. 11.*

9 *Liberti inteſtati trãsferunt Hæreditatẽ Dominis.*

10 *Domini legitimi Tutores ſunt libertorum impuberum, & num. 14.*

12 *Filius, & ſeruus æquiparantur per viam regulæ.*

13 *In æquiparatis per viam regulæ ſtatuta in vno procedunt in alio.*

15 *Ratio Theophili ad fauorem Fiduciariæ Tutelæ. Tutela legitima non eſt ubi nõ eſt legit. ſucceſſio.*

16 *Ratio Azzonis, & Accurſij pro Fiduciaria. Fiduciariæ ſubijcitur Tutelæ qui, iure hæreditario, non eſſet recaſurus in poteſtate Tutoris, ſi non eſſet emancipatus.*

17 *Ratio Syl. ad fauorem fiduciariæ tutelæ. Legitima Parentum tutela datur ei, qui emancipat impuberem.*

18 *Corradus Monaldeſchus, & Antonius Tiene Comes laudantur.*

19 *Aſcendentes fieri Tutores legitimos impuberis emancipati, pendet ab interpretatione Iuriſconſ. Emancipantes à principio erant Tutores Fid.*

20 *Vſus pollet in materia Tutelarum.*

Quæritur num Pater filij, ab Auo emancipati, ſit legitimus, an Fiduciarius Tutor. Cap. VI.

CVM ergò luce meridiana clarius appareat, ratio-
nem expreſſam à Triboniano [a] non pertingere Pa
trem ad filij; ab Auo emancipati ; tutelam vocatum ,
quippè cum , ei magis congruere legitimam , quàm fi-
duciariam videatur, cum ex liberto (nè ab exemplo hu
ius textus diſcedam) legitimam pariter eſſet habiturus;
& tamen ex Triboniani [b] verbis fiduciariam dari an-
nuitur: † Inueſtigandum eſt, num iſte Pater filij, ab Auo 1
emancipati, ſit tutor fiduciarius , an legitimus: inſignis
quidem difficultas , & in vtramq; partem à noſtris ex-
agitata , ideò acutiori cardine examinanda, & exactio-
ri trutina perpendenda ; ſunt enim ab vtraq; parte viri
grauiſſimi , quorum ſcientiæ ſplendore iura noſtra ni-
tent , atq; corruſcant : † Inter legitimos tutores in pri- 2
mis eum enumerant Iaſon, [c] & poſtmodum Nicaſius , [d]
Hotomanus, [e] & Haloander, [f] & per eũ etiam Mynſin-
gerius . [g] † Sed fiduciarium conſtituunt Theophilus , [h]
Azzo, [hh] Accurſius, [i] Aretinus, [k] Ferrettus, [kk] & Sylu. [l] 3

Prima autem opinio † ità per Iaſonem [m] probatur. 4
Si datur parenti emancipanti tutela legitima per caput
legitimę par. tut. [n] quia filio ſuccedit conſtitutionibus
Senatusconſulti [o] Danda quoq; eſt eadem legitima tu-
tela huic patri , cum per eaſdem conſtitiones Senatus [p]
ſuccedat filio, ab Auo emancipato.

Tum exultans , ac geſtiens, ceu ex ſingulari quodam
inuentu , [q] perpenſa hac ipſa Triboniani [r] ratione ,
ſuam confirmat intentionem ſic : † Iſte pater filium 5
hunc, ſi Auus eum non emancipaſſet, poſſet ad libitum;
eò recepto per mortem Aui in ſuam poteſtatem, eman-

ciparc,

a verſ. Quoniam filius.
b In verb. filiorum ſuorum.
c Hic in add. Forſitan. & ad Port. in 1. gloſ. verſ. Item aduertæ, & gloſſ. Forte, & gloſſ. Atqui.
d Hic nu. 8.
e Hic ad ver. Atqui .
f Ad hũc locũ.
g Hic in fine ,
h Hic ver. Pater autem .
hh In rub. C. de leg. tut. n. 8.
i Hic gloſ. Atqui, & gloſ. Tutelam .
k Hic nu. 2.
kk Hic in fin.
l Hic nu. 1.
m d. verſ. Item aduertæ.
n Sup. de leg. par tut.
o l. 2. §. objicitur ff. ad Tert.
p d. §. objicitur & l. 5. cod. tit. ad Tertill.
q d. gloſſ. Atqui in fin.
r d. ver. Quoniam filius.
ſ Sup. Quib. mod. ius patr.

cipare,& per caput legit. par.eius tutelã legitimã gere-
re;[t] quam in fratrum cõmodũ non poſſet exercere, quã-
uis à cõmuni parente nõ eſſent emancipati; cũ inter eos
detur legitima agnatorũ; [u] nec poteſtas, vel emãcipatio
intercedere poſſit; non mirum ſi, ijs interuenientibus,
in Patre, ſecundum priſtinas qualitates tutela cõſerue-
tur legmã, in fratribus, mutata natura, efficiatur fiduc.
6 Secundo † Nicaſius [x] mouetur ex ratione generali,
& communi præcedentis tituli, hoc modo: Tunc da-
tur patri legitima filiorum tutela, quando amplius
eos non habet in poteſtate. [y] Sed iſte pater ex hypothe-
ſi filium hunc non habet in poteſtate, meritò, quę ei da-
tur ex filio tutela, legitima eſt.
7 Tertio † Hotomanus [z] vtitur tali ratiocinatione:
8 Ideò ſunt legitimi hæredes Patronus liberti, & Pater
filij, † quia ille non manumiſſus, hic verò, non emanci-
patus, omnia lucrarentur ijs, in quorum ſunt retenti
9 poteſtate, & ex quo † in gratiam accepti beneficij, in-
teſtati morientes transferunt ad eos propriam ſucceſ-
10 ſionem, [aa] per quam † deindè fiunt legitimi tutores: [bb]
Quapropter (ſubdit poſtmodum [a]) cum iſte nepos;
mortuo Auo, ſi non eſſet emancipatus; recaſurus in
11 poteſtate patris, † omnia eidem per conſequens eſſet
acquiſiturus, [b] conueniens quoq; eſt, vt eumdem pa-
trem habeat à lege tutorem legitimum.
Quarto, Poſſet quoq; ſuperaddi, in confirmationem
12 prædictorum, hæc noua ratio: † Filius familias, & ſer-
uus ſunt à lege æquiparati per viam regulę. [c] Sed † in
13 huiuſcemodi ęquiparatis ſtatuta in vno procedũt quo-
14 q; in altero [d] ergò † vt ſeruus citrà controuerſiam, poſt
manumiſſionem ſubijcitur tutelę legitimę patroni, [e] ſic
quoq; dicetur, vt filius emancipatus ſubijciatur patri
per legitimam parentum tutelam.
15 Altera † opinio, hoc eſt Patrem filij ſui, ab Auo

t d. tit. de legi. par, tut.

u Sup. de leg. agn. tut. & ff, de leg. tut. per tot.

x Hic d. nu. 8. ver. ſed vt mihi

y Sup. de legit. par. tut. & in prin. noſtri tit.

z Hic d. verſ. Atqui ibi quor ſum hæc. & §. 1. & §. Itẽ vobis, & per tot. inf. Per quos perſon. nob. acquir.

aa Inf. de ſuc. libert.

bb §. fin. ſup. de leg. patr. tutel. & ſup. p. . .

a Hic ver. Q̃ etiam.

b d. §. 1. p quos per. nob. acq.

c DD. in rub. Quod cum eo qui in al. eſt poteſt. & Syl. in §. præterea n. 66. ſup. quib. mod. ius pat. pot. ſol.

d l. 2. vbi Bart. DD. de leg. pr. Socin. inn. in rub. de acquir. poſſ. nu. 68. & Conſ 6. n. 23. in pri.

e Sup. de legit. patr. tut.

emancipati, eſſe fiduciariarum tutorem primo ex men-
te Theophili [f] ſic poteſt probari : Vbi non eſt legitima
ſucceſſio, nec tutela legitima eſſe poteſt. [g] Sed huic pa-
tri nō datur ex filio, quamuis emancipaſſet eum Auus,
contracta fiducia, legitima ſucceſſio. [h] Merito.

Secundo † Ratio ex Azzone [i] hęc eſt; Qui, mortuo 16
eo, cuius poteſtate retinetur, non eſt recaſurus in ſuc-
ceſſoris iuriſdictione iute hęreditario, ſi eſt emancipa-
tus, committitur fiduciariæ illius tutelæ. Sed filius iſte
in poteſtate patris, mortuo Auo, iure hæreditario non
eſſet recaſurus, ſi non fuiſſet emancipatus, ſed iure pa-
ternitatis, ac filiationis. Sequitur, quod committa-
tur curę Patris, ex capite Fiduciarię tutelæ; congruit
enim cum ratione, vt ſi ex perſona Aui, non eſt habi-
turus filium in poteſtate, nec pariter ex perſona eiuſ-
dem habeat tutelam, ideò fiduciariam conſequetur,
quamuis Auus legitimam parentum haberet. & hanc
eamdem quoq; rationem refert Accurſius, [k] & alij
poſt eum. [l]

Tertio † Superaddit Sylueſter, [n] in confirmationem 17
prædictę opinionis, aliam rationem, & eſt, Legitimā pa-
rentum tutela ei datur ex parentibus, qui impuberem
emancipauit. [o] Sed ex hipotheſi iſte pater non emanci-
pauit, cum nunquam filium habuerit in poteſtate, ſed
cum dimiſit è manu Auus, non debet ergò ei dari legi-
tima parentum, & ſic dabitur per conſequens fiducia-
ria tutela.

Quartò, Inſeram quoq; pro hac parte rationem no-
uam. Quæ ſeueriori cardine poſtmodum fuit exami-
nata † à Corrado Monaldeſcho ex dominis Ceruarię de 18
Vrbeueteri, & Antonio ex Comitibus Tiene Vicentino
in Academia Vnitorum, in qua quantum quis inge-
nio valeat acri diſputatione Academicis confirmauit.
† Quod aſcendentes impuberis emancipati ſint legiti- 19

mi

f Hic in d. ver. Pater autem.

g d. §. fin. d. leg. patr. tut.

h §. fin. de leg. agnat. ſucceſſ. Ferrett. hic & Sylu. nu.

i acit VBS. in Iſagog. ad primum Inſt. lib. nu. 23.

i In rub. C. de leg. tut. nu. 7.

k Hic gloſſ. Atqui.

l Io. de Plat. hic, & Gram. nu. 7.

n Hic nu. 1. in fine.

o d. tit. de legi. par. tut.

mi turores ex mera Iuriſconſultorum interpretatione
eſt inductum,[p] (ſui natura enim eſſent Fiduciarij,[q] mo-
res enim, & conſuetudo, mutato vocabulo, eos legiti-
20 mos appellauit,[r] quia † pollet non modicum in tutelis
vſus[s]) ex quo vltrà illud, quod ipſi ſunt interpretati,
vel conſuetudine eſt receptum, non debemus; dila-
tando fimbrias; eorum naturam mutare, ſed non fuit
inductum in caſu propoſito, vt iſte pater ſit legitimus
tutor filij ſui, fortè quia non ſit redactus ad inſtar pa-
troni, vt accidit Auo emãcipanti, quod obſeruat quoq;
Hotomanus,[t] ergò non poteſt eſſe legitimus, vndè per
21 conſequens erit ſiduciarius † quod erit ex mente etiam
Cuiacij[u] VBS.[x] & doctiſſimi Alciati,[y] ex noſtris ci-
tràmontanis.

p Sic DD. in tit. ſup. de leg. par. tut. & gloſ. 1. Accuſ.
q Vlp. in frag. tit. 11. VBS. n. 1. hic Alc. lib. 3. Parerg. c. 26.
r VBS n. 4. hic
ſ Vlp. d. xj. tit.
t Hic verſ. At qui ibi 2. ius hoc.
u Ad Vlp. in fragm.
x Hic n. 4. uer. preterea.
y d. lib. 3. Parer. cap. 26.

RERVM NOTAE.

1 *Pater Filij, ab Auo emancipati, Fiduciarius Tutor eſt ex textu, & nu. 12.*
2 *Argumentum à partium enumeratione.*
3 *Guilelmus Soame Anglus commendatus.*
4 *Tres legitimarum Tutelarum ſpecies.*
5 *Pater filio emancipato Agnatus non eſt.*
6 *Tutela legitima patronorum datur Patronis, & eorum liberis.*
7 *Patroni, & eorum filij ſuccedunt in bonis libertorum ex legibus xij. tab.*
8 *Tutela Parentũ eſt inducta per interpretationem*
9 *Emancipantes Senatorio iure ſuccedunt.*
10 *Laudatus Fidericus Fortiguerra.*
Item, & Sebaſtianus Fortiguerra.

11 Con-

11 *Contractus fiduciæ ad ius ſuccedendi prodeſt ſolis emancipantibus.*

13 *Fiduciaria pertinet ad Fratres Patruos, & alios ex tranſuerſo iunctos.*

14 *Nullus Amor vincit paternum.*

Reſoluitur propoſita quæſtio. Cap. VII.

RESOLVTIO non eſt adeò recondita, vt non poſſitis, ponderatis iam dictis rationibus, per vos ſtatuere quid deceat concludere, quamuis putent aliqui [a] maximum eſſe hunc noſtri textus ſcopulum; † quo fortè, mea ſententia, nihil magis planum, ma- 1
giſq; expeditum poteſt ex verbis Triboniani deduci, præſertim ibi (Nepotem, vel neptem, & deinceps) iunctis potiſſimum verbis (Filiorum ſuorum) quibus certè conſtat, huic patri dari, ob filium ab Auo emancipatum, fiduciariam tutelam.

Confirmatur, † enumeratis tutelarum legitimarum ſpeciebus; profectò enim ſi legitimus eſſet filij ſui tu- 2
tor pater hic, aliquo in capite tutelarum legitimarum compræhenderetur, [b] cum igitur non includatur, ſit filij ſui fiduciarius tutor, neceſſe eſt.

Vis eſt in hoc, vt paulò antè obſeruabat Guilelmus Soame Anglus, Iuuenis non minus ob candorem animi, 3
quàm pręſtantiā ingenij mihi carus, an ſcilicet cōnumeretur, vel nè, inter legitimarum tutelarū ſpecies tutela hæc, quæ datur huic parenti, quod planum erit, ſingulis ſpeciebus conſideratis, † quæ auctore Vlpiano [c] duæ 4
ſunt Agnatorum nempè ex verbis legum xij tab.[d] & patronorum ex mente,[e] quibus tertiam prudentes adiunxerunt,

a Iaſ. d. gloſſ. Atqui ad Port. & ferè omnes & ſcribentes hic.

b Arg. §. in bonæ fidei de act.

c In fragm. tit. xj. in prin. ver. legit. infin.

d Sup. de leg. agn. tutel.

e Sup. de legit. pat. tut.

xerunt, eam nimirum, quam per ſimilitudinem parentibus emancipantibus liberos impuberes tradiderunt. [f]

f Sup. de legit. par. tutel.

5 Et † quidem incipiendo à prima, non poteſt hic Pater ex prima ſpecie vocari, cum amplius agnatus nō ſit, agnatione penitus ſublata præcedenti emancipatione. [g]

g §. præterea ſup quib. mod. ius pat. pot. ſol.

6 Nec minus aditum habet ex ſecunda ſpecie, † cum per eam vocentur manumittentes, & qui in eorum loco

7 ſuccedunt, hoc eſt Patroni, & eorum liberi † ob ius, quod habent ex ll. xij. tab. potiendi libertorum bonis. [h] Sed pater iſte nec ex propria, nec ex parentis perſona huic filio, ab Auo emancipato, ex dd. ll. ſuccedit, ideò nec Tutor eſt.

h ſup. d. tit. de leg. patr. & ibi Acc. & DD.

i § emancipati in de Her. ab int. ſup. par. 1. cap. 8 n. 20.

8 Demum † nec ei adaptatur tertia illa ſpecies, addita per interpretationem, quę alioquin parentum eſt propria, [k] vt nomen ipſum portendit, [l] ob id quod †

9 parentes filios, liberoſq; alios emancipantes, ſaltem ex Senatorijs conſtitutionibus vocentur ad ſucceſsionem emancipatorum, quibus profectò iſte minimè admittitur. [m] Nec verum eſt, ei ad hæreditatem filij obtinendam prodeſſe contractum fiduciæ, ſaltem prꝑſumptum † vt confirmabant duo ex Fortiguerris Fideri-

10 cus, & Sebaſtianus (qui mox laurea doctoratus adepti ſumma facilitate hic cauſas agit; ille vero iura publicè

11 in Patria interpretatur) quoniam † iam eſt probatum, illum ad ſolius emancipantis commodum emanaſſe. [n]

k Sup. de leg. par. tut.

l Argum. § eſt & aliud d don.

m §. fin. de leg. agn. ſucc. DD. in d. tit. de leg. par. l. 1. § obijcitur, & l. 5 ad Tertill.

12 † Conſtat ergò ex his, legitimum Tutorem non eſſe hunc Patrem, & ſic ex neceſſaria conſequentia eſſe fiduciarium, cum aliàs penitus excluderetur à cura filij ſui, quod non eſt probabile; † nam ſi lex confiſa in ca-

13 ritate, & amore fratrum, patruorum, propatruorum, & aliorum ex tranſuerſò coniunctorum ijs dando ver-

14 bis apertis tutelam impuberum emancipatorum ex hoc capite, [o] diffidet poſtea de patre † qui in amore, & caritate nemini cedit, omneſq; alios, vt Sapientum omnium

n Sup. c. 9 par. 1. n. 3. ex l. fin. C. de emanc. lib. § fin. de leg. agn. ſucc. Ferr. & Sylu. hic & VBS. in lſag ad 1. lib. Inſt. n. 23

o d. verſ. Quo defuncto luc.

nium præceptor Ariſtoteles[p] tradidit, longè ſuperat? quod fortè voluit, etiam Paulus I.C. lib. 9. ad edictum.[q]

p lib. 2. cap. 14 Magn. mor.

q l. 8. ff. de eo q; met. cauſa facit l. fin. C. de cur. fur.

RERVM NOTAE.

1 *Ex Iuſt. præſumitur contractus Fiduciæ in quauis emancipatione.*

2 *Fiduciæ contractus eſt ad ſolius emancipantis fauorem, & num. 19.*

3 *Intellectus l. j. §. nepos ff. ſi à par. quis ſuer. man.*

4 *Intellectus l. 5. ad Tertill.*

5 *Tutela legitima non regulatur ab emancipatione, & num. 8.*

6 *Agnati Tutelam impuberum agnatorum legitimam habent.*

7 *Tutela Agnatorum, & Parentum ſunt diuerſæ ſpecies legitimarum Tutelarum.*

9 *Emancipans ex Fiduciario factus eſt legitimus Tutor, quoniam in emancipationibus eſt inductus contractus Fiduciæ.*

10 *Diluitur exaggerata Iaſonis confirmatio.*

11 *Diluitur ratio adducta ex mente Nicaſij.*

12 *Hæreditates non ideò obueniunt, quia defunctus lucraretur, pro hærede.*

13 *Hæreditas Parentum debita eſt filijs.*

14 *Parentes non lucrantur pro filijs.*

15 *Inter agnatos de iure eſt reciproca ſucceſſio.*

16 *Agnatus non tenetur ad lucrum conferendum cum agnatis.*

17 *Filij*

17 *Filij lucrantur pro Parentibus.*

18 *Deſcendentes præferuntur in ſucceſsione aſcendentibus.*

19 *Pater filio, emancipato ab Auo, non ſuccedebat.*

20 *Contrà tab. bonor. poſſ. datur Patronis excluſis, non autem Parentibus.*

21 *Seruus manumiſſus non, vt filius emancipatus, capite minuitur.*

22 *Filij emancipati non poſſunt iterum, vt ſerui, reuocari in poteſtatem.*

Soluuntur argumenta contraria. Cap. VIII.

ADDVCTA verò pro prima opinione ſoluuntur facilè, nam ad rationem Iaſonis, primo loco re-
1 latam, reſpondetur negando abſuntum, † & licet Conſtitutionibus Iuſt. inductum ſit, in quacunq; emancipa-
2 tione ſubintelligi contractum fiduciç, [a] ſtatuit † tamen id Imper. ad ſolius emancipatoris commodum, [b] vnde cum pater iſte non emancipauerit, ſed Auus, vt ſupponitur, non poteſt in eo hic effectus fiduciç conſiderari.
3 Et † ad Vlpianum, [c] dum dicit, patri quoq; deferri filij emancipati ſucceſſionem, reſpondetur, illum ſupponere (quod frequentius accidit) à patre factam emancipationem, non ab Auo, quod idem aliàs cognouit poſse accidere, & Accurſius [e] talem fuiſſe Iuriſconſulti, ſenſum apertiſſimè teſtatur.
4 Ad † Reſp. Pauli [ee] allegatum dicitur, nihil probare contrà nos, quoniam, tantum abeſt, vt patrem hunc admittat, vt verè tradat ſucceſſionem Auo emancipanti.

a l. fin. de emãcip. lib. §. fin. de lig. agn ſucc. & nos ſup. p. 1. c. 9. nu 9.

b d. l. fin. C. De emanc. lib. d. §. fin. de leg. agn. ſucc. Hic Ferr. & Syl. & VBS. in Iſag. in pri. Inſt. lib. n. 23.

c §. obijcitur l. j. ad Tertull.

d In l. §. nepos ff. ſi à par. quis manumiſſ.

e In verb. pater

ee d. l. 5. ad Tertull.

ti. Præterea Paulus ibi permiſcet etiam edictum Prætoris, qui tertio capite admiſit quoq; Patrem, & Auũ, & alias perſonas, [f] ſed eſt extra terminos noſtros, quoniam longè poſtea emanauit, vt ſuo loco diximus. [g]

Quod verò dicebatur, legitimam tutelam dandam, cum pater potuiſſet filium emancipare, & effici tutorem legitimum, ſi manſiſſet in poteſtate; Non obſtat,
primò † quoniam non valet iſta conſequentia, poſſet 5
eum emãcipare, ergò debet habere tutelam legitimam; quod ſatis patet ex eo, quod nullus ex agnatis poteſt emancipare impuberes extraneos, [h] etiam quod in ſa-
cris propriorum parentum retineantur, † & tamen illo- 6
rum tutelam legitimam, parentibus defunctis, tenentur
ſuſcipere. [i] Sed † dicent illam diuerſam eſſe tutelam, 7
nimirum legitimam agnatorum, hanc verò, quæ datur emancipatoribus, legitimam quidem, ſed parentum; [k] † Verum iſtæc conſideratio parui eſt momenti, quoniã
nec legitima parentum datur, propter emancipatio- 8
nem præcedentem, † quod probatur, quia antè Conſti- 9
tutiones, quando non interueniebat fiducia in emancipatione, qui emancipabat erat quidem Tutor impuberis emancipati, ſed fiduciarius magis, quam legitimus, tunc factus legitimus, cum emancipatori, vel per fiduciam intercedentem, vel præſumptam ex dictis Conſtitutionibus dabatur ſucceſſio: [l] vndè verè legitima eſt ratione ſucceſſionis, non emancipationis, & propterea in caſu hoc, quia Pater iſte non ſuccedit, [m] erit fiduciarius, non legitimus Tutor.

Præterea † Reſp. principaliter, prædictam exaggera- 10
tam Iaſonis rationem non procedere, quoniam verè non apparet ratio, cur ea tutela quæ in tranſuerſalibus, intercedente emãcipatione, efficitur fiduciaria, in Patre remaneat legitima, ſequuta ex pſona Aui emancipatione, per quam fiunt extranei: [n] vt ſunt ſui natura tranſ-

uerſales

f §. ſunt autem inf. de bon poſ.

g Sup. par. 1. c. vlt.

h facit §. præterea ſup. quib. mod. ius patr. pot. ſol. vbi ſcribentes.

i Sup. in princ. de leg. agn. tut. & ff. de leg. tut. & C. de leg. tut. per totum.

k Sup. de legit. par. tutel.

l Sup. 1. par. 9. cap. & hac ipſa par. c. 6. n. 23.

m d. l. fin. C. de emanc. lib. & d. §. fin de leg. agn. ſucc. cum alijs ſup alleg. paulò ante.

n § p emãcipatione ſup. qui. mod. ius pat. pot. ſol.

uerſales [o] vt enim in illis per emancipationem ex legitima commutatur in fiduciariã,[p] ſic in iſto, eadem, modo dicto, intercedente emancipatione, debet fiduciaria fieri per vulg. reg. vbi eſt eadem ratio. &c.[q]

11 Secundò † Ratio verò Nicaſij quouis leuiſſimæ auræ flatu corruit, quippè cum ſuppoſitum illius non poſſit ad caſum hunc deduci, & fallacia eſt in impubere emancipato; qui verè ex capite ſuperiori incidit in legitimã tutelam parentum [r]; ſed ob id, quia parens emancipauerat eum: [r] vndè hic, cum non emancipauerit, debet illa tutela ceſſare, ratio differentiæ eſt, quia emancipator impuberi ſuccedit; [ſ] hic verò non. [t]

12 Tertiò proſternunt, † quoq; egregiè dicta Hotomani, quoniam ea pariter laborant vitio ſuppoſiti, nam legitimæ ſucceſſiones non transferuntur, quia defunctus viuens pro hærede lucraretur, quod certè patet, † quia
13 nulla hæreditas magis iure debita eſt, quam parentum
14 filijs, [u] & † tamen ſibi, non filijs parentes quærunt: [x] nec ij ſolum præbent nobis latum campum demõſtrandi dicti ſuppoſiti falſitatem; † Sed poſſumus quoq; cu-
15 mulare fratres, omneſq; agnatos, qui ad inuicem ſuc-
16 cedunt, [y] & † tamen quilibet ex ſuis laboribus, vel induſtria, aut proſpera fortuna, quæ percipit, ſibi integra conſeruat vniuerſa, nec cum vllo ex agnatis tenetur
17 conferre: [z] adſtipulatur † deniq; non modicè lucrum, quod fit à filijs familias, quoniam in patrem transfer-
18 tur, [&] † ſucceſſio verò illorũ poſt mortem datur liberis.[a]

Poſtremò, quoniam Hotomanus quoq; videtur ſupponere emancipationem à Patre factam, quando eum conſtituit tutorem legitimum filijs ſuis; poſſunt pariter referri hic quæ dicta ſunt ad argumenta Iaſonis, [b] & Nicaſij, [aa] nimirum, non poſſe ad caſum noſtrum exten-
19 di, † cum pater iſte nullo iure poſſit huic filio ſuccedere, nec per contractum fiduciæ; quamuis patroni filij

o l. vnica §. extranei C. de rei vx act.
p hic ver. Quo defuncto.
q §. pari ratione ſupr. quib. mod ius patr. pot. ſol. l. ad gerere cum uulg. de iur. patr.
r Sup. de legit. par. tutel. & d. §. præterea.
ſ d. §. præterea Quib. mod. ius pat. pot. ſol.
t ſup. p. 3. c. 6. & hac P. c. 6. n. 19.
u l. 15. de inoff. teſt. ff.
x inf. per quas per nob. acq. per tot.
y Sup. de legit. agn. ſucc.
z Inf. d. tit. per quas perſ. nob. acq. per tot. & §. fin.
& §. igitur liberi d. tit. per quas perſ. nob. acq.
a l. 2. C. de bon. lib. §. 1. Aut. de hær. ab int. ven.
b Sup. in princ. huius cap.
aa Sup. uer. ſec. ratio Nicaſij nu. 11.

ſuccendent libertis, quos non emancipauerunt, quippè cum iſtis per xij. tab. leges hæreditas expreſsè demandata ſit, illis verò ab ijſdem legibus expreſsè denegata: & beneficium fiduciæ, quod hac in re non parum prodeſt, ad hunc caſum non extenditur ex dictis.[bb]

Quartò, vltima ratio, etſi ſpeciem aliquam præſeferat; conceſſa tamen narrata æquiparatione, de qua fortè non pauca dici poſſent; reſp. eam procedere, dum ambo ſunt in poteſtate, Domini ſcilicet ſeruus, & parentis filius, ſed quando ſunt emancipati, plures poſſunt reperiri differentiæ, vna, quam alias tetigi[c] eſt † ex 20
teſtamento libertorum patronis excluſis dari bonorum poſſeſſionem contrà tab. quę tamen ex emancipatorum elogijs parentibus denegatur.[cc] altera in hac ipſa emancipatione cernitur conſpicua, quia † filij per eam 21
de ſtatu priſtino minuuntur,[d] & ius perdunt agnationis,[e] cum neutrum in ſeruis contingat;[f] quibus tamen, vice verſa, accidit, † vt inuiti ad miſerum ſeruitutis 22
iugum poſſint iterum reuocari,[g] iſti verò non vtique poteſtati patriæ rediguntur.

bb Superio. c. n. 11. & ſup hoc cod. in prin. & pri. p. c. 9. n. 4.

c Sup. c. 2. i fin.

cc l. 1. §. libertos ff. ſi quis a par. fuer. man. faciunt d. ſup. c. 2. nu. 12.

d § minima ſu. de cap. min.

e d. §. prętèrea. Quib. mod ius pat. pot. ſol.

f § ſeruus d. tit. de cap. dimin.

g l. fin. his qui ſui ſunt vel al. iur. ff. l. 24. & l. fin. ff. de adop.

RERVM NOTAE.

1 *Auctoris ſecundus Intellectus ad Verſ. (Quoniam filius) & nu. ſeq. & nu. 11.*

Pater, vt ſit Fiduciarius Filij ſui, ab Auo emancipati, ſupponendus eſt exemptus à Patria poteſtate, & nu. 11.

2 *Liberati à poteſtate Patris per dignitatem, eo mortuo, filios recipient in poteſtate.*

3 *Emancipati, Deportati, Serui, & ſerui pænæ amittunt agnationem ſine ſpe recuperandi.*

4 *Etiam*

4 *Etiam ceſſante impedimento.*
5 *Niſi plenaria indulgentia reſtituantur.*
6 *Emancipati, Deportati, & ſimiles non recipiunt filios in poteſtate poſt mortem Patris.*
7 *Vocatur ad Fiduciariam qui non eſt accepturus impuberem in poteſtate, ſi non fuiſſet emãcipatus.*
8 *Termini habiles, etiam in Conſtitutionibus generalibus, ſupponuntur.*
9 *Dictum generale per rationem expreſſam reſtringitur.*
10 *Tutela, aliaq; Iura libertorum filijs patroni ità demum competunt, ſi hæredes ſint.*
12 *Phidiæ effigies ex Mineruæ Clypeo eximebatur ſolum effracto ſimulachro.*
13 *Intellectus auctoris confirmatur, ex CRS. & num. 16.*
14 *Laudatur Carolus Troilus Volſanus.*
15 *Io. Baptiſta Bertinus laudatus.*
16 *Locus CRS. relatus.*
17 *Intellectus Auctoris confirmatus ex VBS.*

Auctoris ſecundus Intellectus. Cap. IX.

SVPPONAMVS autem (ſi id optatis) rationem expreſſam à Triboniano [a] eſſe generalem, & in ſuo complexu etiam hunc Patrẽ complecti, † adhuc tamen profiteor, non repugnare, quo minus deferatur ei per hoc caput tutela, vt expeditè, & ſinè ſcrupulo demon-

[a] ad. verſ. Quoniam filius quidem.

1

monſtrabo, ſi (quod rem maximamq; continet, ideò
erectis auribus attendendum) ſupponatis hunc Patrem
quoq;, viuo Auo primo genitore; è patria poteſtate li-
beratum, vel per emancipationem,[b] vt impuberi nepoti
contigit, vel per deportationem, aut atrocioris cuiuſuis
ſententiæ præcepto, vel quocunq; alio miſerrimæ ſer-
uitutis iugo, poſteaq; liberatum, Ciuitatiq; Romanæ
iterum reſtitutum, [c] (miſſos facio †Epiſcopos, Sacerdo 2
tes, & fortè Monacos, alioſq; omnes, qui dignitate li-
berantur à paternis vinculis, cum hi eſſent habituri fi-
lios in poteſtate [d]) in hiſce enim caſibus, † cum amiſe- 3
rit agnationem, & ſinè ſpe recuperandi†,[e] impedimen- 4
to quoq; ceſſante, † niſi fortè ex plenaria indulgentia 5
defecerit,[ee] ſuæ † poteſtatis vinculo abſtringere filium; 6
etiam non emancipatum ab Auo; compos nequaquam
eſſet, [f] quod † Tribonianus exactè requirit in his, quos 7
ad fiduciariæ t telę munus vocat obeundum. [g]

Frequens enim eſt, & in iure, quo vtimur, non mo-
dicè vſitatum, † conſtitutiones etiam generales ad ſua 8
propria principia referre, eaſq; terminis habilibus cir-
cumſcribere, ac definire; [h] † & dictum quodcũq;, etiam 9
generale, per rationem expreſſam reſtringi [i] quæ con-
ſuetudo; cum obſeruetur à Triboniano [k] occaſione li-
bertorum, quos ſimpliciter dicit eſſe recaſuros in po-
teſtate filiorum patroni, † cum tamen certum ſit, ijs 10
tantum contingere, quorum patroni habuerint filios
hæredes, qm̃ filij exhęredati nec tutelam, nec iura pa-
tronatus conſequuntur; [l] mea † ſententia attendi pari 11
modo debet in caſu hoc, nam quamuis ſimpliciter Patri
videatur committi fiduciaria filij, ab Auo emãcipati, [m]
de eo tamen patre, qui è ſui genitoris poteſtate exiue-
rit, eſt intelligendum: Et hic intellectus (ni fallor in
meo ſenſu) adeò concinnè, atq; eleganter Conſtitutio-
ni, in noſtro textu expreſſæ, congruit, vt in eo nihil
de-

b § pręterea qb. mo. ius pat pot.
c §. cum autem & § ſeq. Quib. mo. ius pat. pot. ſol. ubi gloſ.
d Auth. de epiſtolis C. de ep. & cler. §. illud Auth. conſt. quæ de dignit. DD. in §. filius autem. Quib. mod. ius patr. pot, ſol. Math. in tract. de ſuc. ab int. Aquilin. in l. gallus. §. & quidem ſi tm̃ de lib. & poſth. nu. 12. Io. Gut. in §. ſui inf. de hęred. qual. & diff. n. x. & ſeq. Gomeſ. lib. 1. verſ. reſ. c. 9.
e § pen. de cap. di l. 21. de ſtat. ho. l. 99. de ſol.
ee l. fin. C. ſent. paſſ. gloſ. ſtatũ d. §. cum autẽ.
f l. 6. & l. 9. C. ſent. paſſ. Sylu. in d. §. cum aũt num. 45.
g ver. qm̃ filius
h l. 20. de teſta. l. 18. de leg. §. ſi ità de inut. ſtip.
i l. 79. §. dulciſ. de leg. 2. l. 2. ff. de his quę in teſt. del. vbi Rõ.
k verſ libertus.
l l. x. § Iul. l. 40. vbi DD. d. bõ. li.
m ver. Quo de defuncto.

deſideretur, nihilq; ſuperabundet; † quamobrem qui,
12 vt Iaſon, & cœteri,[n] ſillabam, vel minimam, detrahere,
aut commutare tentant, infringant totum verum ſenſum neceſſe eſt: ſic apud priſcos, nec quidem Scultoris effigiem in Mineruæ clypeo, à Phidia, ſumma cum arte, fabrefactam, eximere vllus poterat aliter, quàm ſi totum Deæ ſimulachrum ſolueret, atq; deſtrueret.[nn]

n Hac par. c. 3.

nn Ariſt. c. 7. de Mund.

13 Sed † poſſum iam corroborare hunc intellectum etiã
14 auctoritate viri eruditi CRS. † quem vidi poſtquã (vltima vice exponendo locum hunc) anno milleſimo ſexquimilleſimo centeſimo ſecundo Carolus Troilus Volſanus, elegantis ingenij Iuuenis Germanus, ſolus quidem ferè inter tercentos, quos ad hunc titulum diuerſis temporibus habui Auditores, dato ſingulis (poſt excitatam omnibus difficultatem) ad excogitandam ſolutionem, congruo tempore, de emancipatione ſuam in ſcriptis (ſic enim ordinare ſoleo, nè quis, audita poſtmodum noſtra explanatione, eam ſe quoq; excogitaſſe, vel de eo, quod alij afferrent, ſe auctorem prędicaret) his verbis protulit in ſubſignata cartula ſententiam, vt nè quidem à me ipſo (hoc enim eram pollicitus) ante abſolutam explanationem perlegeretur.

» Ego habeo filium maiorem xxv. annis, & ex eo ne-
» potem impuberem, tum ego emancipo filium meum
» maiorem, retento in poteſtate nepote; progrediente
» tempore, emancipo etiam nepotem, & conſequor le-
» gitimam illius tutelam: morior egò reſtante adhuc mi-
» nore nepote, tum fit tutor fiduciarius Pater eius, nem-
» pè filius meus, primò à me emancipatus, quoniam
» mortuo me, tanquam Auo, nepos iſte meus in poteſta-
» tem patris ſui non recidiſſet, quod probatur ex §. 1. qui-
» bus mod. ius. patr. poteſt. ſoluit. Hęc ille.

His enim ex Iuuene Germano, ſcopum, ſaltem in hac parte, tangente, perlectis: excitata ſunt, tanquam ex Mil-

Milciadis tropheis, p aliorum ingenia, & Italorum prę-
ſertim, qui pręſtantia ſuperari à Germanis nunquam
patiuntur; † & inter alios Io. Baptiſta de Bertinis Col-
lenſis à ſecretis Sereniſſimi Don Ferdinandi Med. D.N. 15
apud præfatū Illuſtriſs. & Excellentiſs. Gubernatorem
huius Ciuitatis, qui, vt fide, ac animi integritate, quæ
ad ſui muneris prouinciā pertinent, literis, perpetuiſq;
mandat monimentis; ità aſſiduè, ac diligentia noſtro-
rum Doctorum ſcripta perlegit, ac perluſtratur, vt pro-
fectò hac in re, audito Volsano, præſtitit, excitando in
confirmationem d. cartulę relatū CRS. q ſic † loquen- 16
tem in quinta editione, facta anno 1597. Lugduni.

p Iuſt. lib. 2. Plin. Sen. in Milc. & Paul. Oſorius.

q Hic ſup. verbo fratrum.

Nec in Patris ſui, olim emancipati ab Auo, cœterum »
pater, qui in poteſtate Aui morientis fuit, cum ſit ſimi- »
lis filio Patroni, legitimus, vt opinor, tutor erit. »

Et profectò, difficultatē, ſaltem in primo ſuo dicto,
eſt aſſequutus; ſed verè (ingenuè enim loquor, & ver-
bo veritatis) eum nunquam antea videram: perlegi
quidem ſæpius Adnotationis illius ad libros Inſt. ſed
impræſſas Lugduni anno 1580. apud Rouillium, in qui-
bus prædicta verba haud reperiuntur: Verum licet,
tanquam in meo partu, ſim in hoc intellectu non modi-
cè delectatus, non mihi tamen in præſenti minus eſt gra
tus, ſed vehementius gratulor, cum, quod diù exco-
gitaueram, nec ſine labore attigerim (vt ſpero) iam
poſſim auctoritate viri; non mediocriter in iure verſa-
ti, confirmare: † cui adiungo nec inuitus, VBS. (à quo 17
fortè id ſumpſerat CRS.) quem pariter non videram
antea: Is. n. licet hac in controuerſia adeò implicetur, vt
vndè exitum inueniat quodāmodò ignorare videatur,
nolens tamen, & imprudens in explananda Rubrica no
ſtra,[r] ibi. (Qui eſſent in familia &c.) locus certè obſcu-
rus, & à nullo obſeruatus) lucem huius veritatis pate-
facit, atq; illuſtrat.

r In verſ. cęte- rum libera.

RERVM

RERVM NOTAE.

1 *Proponitur oppoſitio excitata a Marco et Io. Baptiſta de Mareſcottis.*

2 *Intercedente emancipatione datur Parentibus Tutela legitima parentum, & nu. 4.*

3 *Tutela eſt à Iure Ciuili.*

4 *Qui filios non habent in poteſtate quatenus ad Ius Ciuile parentes non ſunt.*

5 *Nō habere filios in poteſtate non tollit paternitatē.*

6 *Prodigioſum eſſet dare filios ſine patre.*

7 *Matres etiam quæ filios non habent in poteſtate matres tamen ſunt.*

8 *Iura naturalia non infringuntur iure vllo Ciuili.*

9 *Emancipatio inter adoptiuos penitus tollit paternitatem, & filiationem.*

10 *Nepotum, ex Filio emancipato, Auus eſt Tutor Fiduciarius.*

Claudius Griffolus laudatur.

Duæ proponuntur, ac diluuntur difficultates ad relatum intellectum facientes.

Cap. X.

AGNOSCO † aliquibus ex vobis videri diuinatorium hunc intellectum, & præſertim Iuniori-
1 bus Fratribus Mareſcottis Marco, mox lauream doctoratus ſumma cum laude conſequto, & Io. Baptiſtę, nunc vltra iura Philoſophiam, & Theologiam profitenti, qui paridexteritate, ac eloquentia quantum firmitatis ha-
2 beret attentauerunt; † illum, ex ſuppoſita emancipa-

 tione

tione contendendo, Patrem hunc fieri Tutorem legiti-
mum ex legitima Parentum Tutela: [a] hunc † à quauis 3
Tutela remouendo eundem Patrem, tanquam incapa-
cem introductionibus Iuriſciuilis,prout Tutela eſt,[b] ob
id † quod Patrem,quatenus ad ius ciuile,aliqui non re- 4
putent eum,qui non habuit,nec vnquam habere potue-
rit in ſua poteſtate filios. [c]

Sed eſt aduertendum, obiectionem bicapitem plus
habere pugnantiæ,ac ſubtilitatis,quàm intellectum di-
uinationis, aut difficultatis: etenim ſi Pater non eſt,cur
danda tutela Parentum legitima; & cur non ei Filius ſi-
dendus ex hoc capite, ſi Pater eſt,vt conſtat? nec † mi-
hi perſuadere poſſum, non vnquam habuiſſe Filium in 5
poteſtate,quicquam de paternitate (ſic loquar)adime-
re potuiſſe: verè enim eum genuit; [d] quamuis beneficiũ
poteſtatis non ſit expertus; ideò tanquam Pater, &
natura,& nomine, & Iuris effectu, ac auctoritate repu-
tari debet. [e] Accedat,† quod ſi filius huius Patris filius 6
eſt,vt dicitur,& à Triboniano [f] appellatur,qui Patrem,
& nomine, & eſſentia orbaret, & filium ceù prodigium
puodpiam,vel monſtruoſum conſtitueret, [g] & regulam
correlatiuorum infringeret, [h] Ex qua ſuggeritur, Geni-
trices † Matres apellari [i] ab omnibus, & tamen certũ eſt 7
eas nec habere,nec habere poſſe filios in poteſtate.[k] Pa-
tris † enim,vel Matris nomen,vel Ius à naturæ, vel gen- 8
tium ratione pendent; ideò Iuris Ciuilis figmento non
delentur, [l] etſi † alicubi deleta, & diminuta cernuntur, 9
in ijs tantum Parentibus contingit, qui per adoptio-
nem illa ſunt adepti: docuit me ad Sabin. ſcribens Iu-
riſperitiſſimus Vlpianus. [m]

Ex † patre autem hoc geniti filij, poſt nexus poteſta- 10
tis ſolutionem,& ab eo relicti impuberes, quem Tuto-
rem habebunt Auum paternum emancipatorem? Si-
uè permanſerint in poteſtate, ſiuè ipſi quoq; fuerint

eman-

a Ex tit. Sup.
b Sup. in prin. de Tut. vbi DD.
c Arg. §. emancipati infr. de hæred. ab int. ven.
d §. fin. de patr. pot.
e l. 1. §. nepos. ff. ſi à par. quis fuer. man. l. 41 de adop. l. 2. in pri. de uul. l. 20 & 21. de ad vl. l. 5. delib. agn. §. at. ij inf. de hæred. ab int. §. 1. quib mod. ius pat. pot. ſol. §. preterea Aut. de hęr ab int.
f In noſtro textu verſ. Q. o defuncto ibi filiorum ſuorũ.
g §. minorem natu de adopt.
h l. fin. C. com. vtitu. Ind. Euc. à Corrælat.
i Tot. Tit. ff. C. & Inſt ad Ter. & orfici.
k §. nulla de ſuis,& leg § fęminę de adop.
l §. ſed naturalia ſup tit 2.
m l. 2. § obıicitur ad Tertull.

emancipati; † ex Familia Griffola Claudius, magno ingenio, de iure aperto [n] reſpondit, ex hoc capite: quod puto verum.

n Ex d. ſup. P. 3. cap. 2. & 3.

RERVM NOTAE.

1 *Flumina curſu augentur,*
2 *Intellectus Autoris Tertius, & nu. 7. 9. 10.*
3 *Vox (Poteſtas) latè in Iure ſumitur.*
4 *Vox (Poteſtas) denotat aliquando dominium.*
5 *Dictio (Ius) ſignificat aliquando Dominium, & n. 20. & ſexcentas habet ſigificationes.*
6 *Pater, etiam non liberatus à poteſtate, poteſt eſſe fiduciarius filij, ab Auo emancipati.*
7 *Ad excludendam Fiduciariam Tutelam neceſſarium eſſet, vt impubes, non emancipatus, eßet recaſurus in poteſtatem Tutoris Iure dominij.*
8 *Patria poteſtas in amore, & caritate conſiſtit non in ſerueritate, & coercitione.*
9 *Dominium exercetur cum rigore, & coercitione.*
10 *Confirmatur ex hoc textu intellectus Autoris.*
11 *Item confirmatur idem intellectus ratione.*
12 *Fiduciaria Tutela non regulatur à patria poteſtate, & nu. 19.*
13 *Teſtamentaria Tutela regitur ex poteſtate.*
14 *Tutelæ legitimæ ex ſucceſſione regulantur, & num. 19.*
15 *Dominium includit aliquando ſucceſſionem.*
16 *Nec filij, nec fratres tali poteſtate aſtringuntur, vt ab ea liberati, transferant ſucceſſionem ex ne-*

ceſſitate Patribus, aut Fratribus.

17 *Io. Maria Gherardus laudatur.*

18 *Accidentia non conſiderantur.*

19 *Frater non incidit in poteſtatem Fratris (Patre mortuo) dilucidatur.*

20 *Dilucidatur locus Accurſij.*

21 *Filius non dicitur hæreditatem præmortui patris de nouo capere.*

22 *Filius non ſoluit Gabellam ex hæreditate Patris ſtante ſtatuto quod accipiens hæreditatem teneatur ad certum quid.*

23 *Filius non eſt legitimus Tutor liberti ſolummodo quia ſit hæres parentis.*

24 *Frater eſt legitimus Tutor Fratris impuberis; & tamen eumdem non retinet in poteſtate Iure hæreditario.*

25 *Sola lex legitimos Tutores facit.*

26 *Laudantur Scipio, & Ioamnes Baptiſta de Orlandinis.*

Auctoris tertius Intellectus. Cap. XI.

TANDEM, † vt reſecem cętera; quo enim latius progredior, eo amplior ſe ſe offert dicendi materia, vt in fluminibus accidit, quę efficiuntnr maiora, quò longius excurrunt; tertiam † & poſtremam referam ſolutionem, quam vt facilius compræhendatis, ad inſtar luminis cuiuſdam, duo primum pręmittam. 1 2

Atq;

Atq; vt illud intelligatis, quod priori loco eſt mo-
3 nendum: planè obſeruandum eſt, † vocem (Poteſtas) latè patere, atq; ad plura poſſe referri, ſic Paulus ad leg. Fus. Canin. lib. ſing. [a] ad quem Petrus Rebuffus, & Molignat. [b] nec non Aldobran. [c] præſertim † autem ad
4 Dominos relata, & ſeruos, Dominium portendit idem Paulus allegat. loco Vlpianus lib. 29. ad edict. [d] & Iuſt. [e] poſt eos.

Tum poſteriori loco, eſt notandum † hoc idem Do-
5 minium voce (Iuris) aliquando demonſtrari, Ius enim inter ſexcentas, quas habet, acceptiones, latè congeſtas à Rebuff. [f] & Io. Bolognetto [g] hoc habet proprij, vt poſſit comprehendere, & ſignificare Dominium, ſic enim legimus potiſſimnm appud eundem Iuſt. [h] & tradit quoq; Iulius Pacius. [hh]

6 Quibus † ſic poſitis, quamuis hic Pater, de quo agimus, ſteterit in poteſtate quò ad vſq; Auus, Pater ſuus uixerit, adhuc puto (contrà CRS. in relatis verbis [i] γ eum fore Tutorem fiduciarium filij ſui, emancipati ab Auo, cuius obitu illum eſſet recepturus in ſua poteſta-
7 te: † etenim (attendite) ad excludendam fiduciariam tutelam, non ſat eſt ius recidendi in poteſtate eius, qui à lege decernitur tutor; ſed eſt neceſſarium poſſe recidere eo iure, quo recideret libertus, ſi ſeruus manſiſſet, nec, Domini emancipatione, factus eſſet liber; hoc eſt iure dominij; & quoniam filius iſte, non emancipatus ab Auo, recideret quidem in poteſtatem patris ſui,
8 hoc eſt † ſubijceretur cuidam auctoritati, paterna reuerentia comparatæ, moribus, legibuſq; deindè confirmatæ, & ſic non in Dominium, à quo longè diſtat illa, quia in amore, caritate, ac pietate ſola conſiſtit ex
9 Papiniano [k] & Scæuol. [l] illud † verò in rigore, ſeueritate, coercitione, ac etiam in manus iniectione, ſaltem de iure antiquo: [m] quamobrem mirum non eſt, ſi in ratio-

a l. 21 §. de verbor. ſignific.

b In Tract. de appellat. verb. ſign. V. Poteſt. verbo.

c §. fœminę nu. 2. de adopt.

d l. 1. §. poteſtatis verborum de Pecul.

e §. rurſus de Act.

f l. 120. de verbor. ſignif.

g Reb. de Iuſt. & Iur. n 35.

h Supra de his qui ſui ſunt vel al. iur. in prin.

hh Diſp. P. tit. 1. in princ.

i Superior. cap. nu. 16.

i Clement. & Monit in tract. de patr. pot.

k l. 22. in fin. de Adult.

l l. 5. de Parric.

m §. in poteſtate ſupr. de h s qui ſui ſunt. ѵ al. iur.

ratione expreſſa in verſ. (Quoniam filius) non compræhenſus Pater, contingat ei, fieri tutorem fiduciariũ, ab Auo emancipati .

Probatur † iſte intellectus ex eodem met Iuſt. Imp. nec enim luculentiora teſtimonia perſcrutabor, dum ab ipſo textu comprobationes elicere potero. Dicit enim Iuſtin. in d. verſ. (Quoniam filius) Ideò fratrem impuberis fratris emancipati tutorem eſſe fiduciarium, quia, ſi non præceſſiſſet emancipatio, impubes, in poteſtatem fratris, filij eiuſdem parentis emancipatoris, nõ recaderet, quod non accideret liberto, (vt enarrat Iuſt. in verſ. libertus autem) qui, ſi non fuiſſet emancipatus à Patrono, recaderet profectò in poteſtatem filij eiuſdem Domini : ex quo, vt conueniant iſti duo caſus, neceſſarium eſt, vt poteſtas contenta in verſ. (Quoniam quidem filius) ibi (Nec in fratrum poteſtate) ſit eadem poteſtas ſub inuolucro vocis (Ius) compræhenſa, & expreſſa poſtmodum in verſiculo (libertus autem) ibi (Vtiq; eodem iure) alias enim fieret illatio ex diuerſis, contrà cõmunes regulas . [n] Sed poteſtas ſub voce (Ius) comprçhenſa, dominium eſt, ex antedictis, [o] quia refertur ad ſeruos, & Dominos. ergò, & quæ indicatur in verbis (Nec in fratrum poteſtatem) debet ad dominium referri; ità vt ſit ſenſus, Quod fratres, patres, & cœteri ideò ſunt tutores fiduciarij, quoniam, nulla prçcedente emancipatione; nec fratres, nec filios, vel nepotes eſſent in dominio habituri; non ſic filij Patroni, qui eodem iure dominij, quo retinebantur à patre, libertos eſſent retenturi, ſi ab illo manumiſſi non fuiſſent, vndè meritò legitimi fierent tutores; emancipatione ſequuta. 10

Præterea, † non puto intellectum hunc adeò reconditum, vt non poſſit ad illum lumen quoq; rationis accedere; nam ſi acciperemus poteſtatem pro autorita- 11

te,

n l. 21. D: Minor.

o In prin. prçludio ſup. hoc capite.

te, & ſubordinatione, hoc eſt, pro Patria ſimpliciter †
12 certè hæc tutela fiduciaria , quæ ex communi quoque ſententia, quamuis non ex lege xij. tab. inter legitimas connumeratur, [p] regularetur à patria poteſtate , quod
13 eſſe non debet, † tum quia id ſolum legimus in tutela
14 teſtamentaria; †[q] tum quia repugnaret penitus traditis ab Iuſtiniano,[r] dum ſtatuit tutelam legitimam à cõmodo ſucceſſionis pendere, quod paſſim oẽs admittunt. [ſ]

Quod certè non accideret , ſi poteſtatem referamus
15 ad dominium, † quoniam illud importat ſucceſſionem, hoc modo videlicet, dum liberantur ex iugo ſeruitutis mancipia, propter iura libertorum, [t] quod † longè eſt
16 tum à fratribus, tum ab ipſis parentibus, qui, ſi impubes emancipatus non eſſet, nullo pacto poſſent eum in tali poteſtate redigere, vt deindè ab ea relaxatus, propriam in eos transferret ſucceſſionem, quamuis alibi [u] Iuſtin. dixerit parentes in bonis filij emancipati eadem iura, quæ conſequitur Patronus in bonis liberti, habe-
17 re,(quod † inculcabat ingenij acumine Io. Maria Ghelardus quo iura iam in Patria docens, egregia præbet in dies, ac ſingularia documenta) quoniam ad illam conſtitutionem, quæ reſpicit ius, & tempora recentiora Imperatoris Iuſtiniani, non ſe extendit fiduciaria tu-
18 tela, vt ſuo loco eſt demonſtratum. [x] Et † quamuis eo, quo vigebat tempore, fiduciaria, ſecundum factam diſtinctionem, [y] interponeretur contractus fiduciæ, vel expreſſus pacto, vel lege ſubintellectus, cum tamen ex accidenti magis, quàm ex propria emancipationis natura, accederet, non debuit à Triboniano Fiduciæ ratio haberi. [z]

19 Addamus † poſtræmò, quod, ſi Poteſtas acciperetur pro Patria, ſequeretur legitimam tutelam non poſſe eſſe, quando impubes non eſſet recaſurus in poteſtate eius, qui tutor illius effici debet ; quia ſi ideò datur fi-

duciaria

p Vt ſup.c.8. Par. 1.

q l.74.§.nemo de regul.iur.§.permiſsũ ſup. de Tut.

r In tit. de leg. agna.tut. cum duob. ſeq.

ſ Caius lib. 1. Inſt.de tut. hic Ferrett.Hot.in verſ. Atqui, & VBS: Nos ſup. p.1.c.8.n. 19. & p.3.c.3. nu. 7.& 8.

t l. 1. & 2. De bon. libert. & tot. tit. de Iur. patron.

u §. præterea ſup.quib.mod. ius pat,pot.ſol.

x Sup.c.4.P.1.

y d.cap.9.

z l.84.d leg.3.

duciaria in noſtro textu, quia impubes non eſſet recaſurus in poteſtate tutoris, ſi non eſſet emancipatus, ergò vbi eſt recaſurus ſolummodo dabitur legitima tutela: quod eſt falſum, quoniam frater impubes non emancipatus, Patre mortuo, non incidit in poteſtatem fratris minoris, ſed ſui iuris efficitur, & ſubijcitur eiuſdem fratris legitimę tutelæ [a] Magis ergò congruit referre vocem (Poteſtas) ad Dominium, quàm ad patriam poteſtatem.

[a] & § 1. de legit. agnat. tutel.

20 Commodè † iam percipitis (vt ſpero) quod fortè vobis antea obſcurum erat ex Acurſio, [aa] Dum, explicans propoſitam difficultatem, ait, Nulla in neutro caſu exiſtente emancipatione, Nepotem iurè paternitatis, hæreditario iure ſeruum eſſe recaſurum in poteſtate filij eius, qui vita functus eſt, ideò illum parentem fiduciarium habere tutorem, hunc Dominum legitimum: magis certè obſcurè, & minus fœliciter (ni ego quoq; facillimè in meo ſenſu capiar) ab eo dictum; quoniam verè dum hæreditario iure dicit ſeruum recidere in poteſtate filij Domini, pro, Iure dominij, poſuit ius illud hęreditarium: Sic enim mihi placet eum declarare, ne cogar cum Syluestro [a] illum acriter notare.

[aa] In verb. Atqui, & in verb. iure.

[a] Hic n. 2. infi.

Et verè, iudicio meo, haud dici poſſet hæreditario iure ſeruum tranſire in poteſtatem filij, ex præmortuo Domino, † cum Paulus I. C. [b] nec hæredem Patris filium eſſe, nec illius hęreditatem capere velit, † vndè noſtri [c] putant, ad ſolutionem vectigalis non teneri filios, ſtante iure Municipij, quod de qualibet hęreditate ſoluatur gabella. 21 22

[b] l. xj. de liber. & poſthm.

[c] In l. in ſuis de lib. & poſt. & pręſertim Angel. nu. 2. Alex. n. 5. & ſeq. Ias. n. xj & in l. fin. C. de ed D. Had. toll & ib. Dec. nu xj. Cap. Conſ. 41.

23 Et quamuis † hæres eſſet, vel hæreditatem verè conſequeretur, & per conſequens etiam ſeruo, iure hæreditario, potiretur, non tamen puto tutum ob id eidem dare legitimam tutelam liberti, quia in ſimili † nullus frater recidit iure hęreditario in maiorem fratrem, [d] & 24

[d] Ferrett. hic.

nihilo-

nihilominus eius legitimæ ſubijcitur tutelę. [e] Pręterea
25 †ſi Vlpianus [f] dicit, ſolam legem legitimos efficere tutores, allucinaremur profectò, credentes hæreditario iure in nos trasferri, vndè videmus, tutelam hæreditariam inter alias tutelarum ſpecies non reperiri notatam. [g] Tandem, quod cœteri cuiuſq; ætatis Scribentes [h] Accurſio tanquam Malo affixerunt, huius rei luculentiſſimum eſt teſtimonium, cum non ſit credendum, tam prudentes viros; vno excepto Sylueſtro, qui eos notat; [i] tam graui errore miſerrimè prolapſos.

26 Hæc † non minus quàm noua, vera exiſtimo, cum à fortiſsimis quoq; oppugnatoribus ſint confirmata: pleriſq; .n. ex noſtris Auditoribus difficilia ſunt viſa à principio, & prę ſertim duobus Orlandinis, qui, quantum viribus, ac ingenio polleant, ſolum nomen portendit, ſunt .n. hi Io. Baptiſta, ac Scipio, qui accuratè, nec ſpernendis rationibus, diù pro vulgari pugnauerunt, ſed tandem omnes rerum veritate, magis quàm Præceptoris autoritate moti, non inuiti manus dederunt.

e d. §. 1 de leg. agn. tut.

f l. 5. ff. de leg. tut. & in ſug. Tit. ll.

g DD. in rub. & §. permiſsũ ſup. de tutel.

h In hoc titul. noſtro Io. de plat. in pri. Iaſ. ad Port. uerb. Atqui in fin. Nicaſ. nu. 8. Gramm n. 7. Azz C. de leg. tut nu 7.

i d. num. 2. hic in fin.

RERVM NOTAE.

1 *Theophilus dicit, Patrem ad filij, ab Auo emancipati, tutelam gerendam admitti, vt, Fiduciarium, & num. 3.*

Ambroſius Lutus Profeßor in Vrbe.

2 *Dictio (VT) eſt ſimilitudinis & improprietatis.*

4 *Dictio (VT) habet vim augumentatiuam, ac præceptiuam, & nu. ſeq.*

5 *Filius hæres ex leg. Aelia Sentia poteſt libertum paternum ingratum accuſare.*

6 *Dictio (VT) notat aliquando veritatem.*

7 *Emancipator impuberis ſit eius legit. tutor. et n. 9.*
8 *Referuntur quædam Theophili verba.*
9 *Dictio (Vicem) notat veritatem.*
10 *Dictio (QUASI) notat veritatem.*
11 *Dictio (TANQVAM) licet fictionem notet, aliquandò & veritatem ſignificat.*

Expenditur locus Theophili. Cap. XII.

VIDETVR † tamen ſingulis ex iſtis expoſitionibus, & proximę præſertim, obſiſtere Paraphraſes Theophili [a] (quem ad oppugnandum ponderauit Ambroſius Lutus, is nempè, qui poſtqaum per aliquot annos profeſſus eſt in Patria, ad ius docendum in Vrbe, honeſtis conditionibus, eſt euocatus) qui, dum exẽplo aperit occluſam difficultatem propoſiti caſus, dicit, Patrem hunc emancipati filij, vt fiduciarium vocari ad illius tutelam: quaſi verò illa dictione (VT) quę † improprietatẽ, & ſimilitudinem notat,[b] voluerit dicere, ꝙ licet iſte pater non ſit iurè fiduciarius, quia filium ſuum eſſet habiturus in poteſtate; ſi non eſſet emancipatus; tamen factum fuit à lege, vt fiduciarius, ideſt tanquam fiduciarius, vel, ad inſtar fiduciarij, vocaretur: Quod certè ad euitandum ſcopulum rationis d. verſ. (Quoniam filius quidem) ſatis eſſet, ſuperq; vt opinor. 1 2

Verũ † quoniam, præter Iuſt. [c] & alios [d] idem quoq; Theophilus, exemplis ſingulos caſus aperiendo, in tertij exemplo deduxit Patrem hunc, fiduciarium illum aſſerendo proprij filij, non eſt verò ſimile, vt ſtatim, [e] mutata voluntate, crediderit, hanc ei fiduciariam tutelam impropriè, & iure quodam ſpeciali, datam eſſe. 3

Per-

a In noſtro tit. uerſ. pater aũt ibi pater ut fid.

b l. 2. ff. de interd. ſeu extra act.

c Hic in prin. & d. uerſ Quo defuncto.

d Relatos ſup. cap. 4. in fi. n. 6

dd Hic verſi. Euenit & uerſ. pater autem.

e Hic uerſ. pater ut fiduc.

4 Perpendi † quoq; poteſt,hanc particulam (VT) non minuere, vel detrahere apud Theophilum,ſed augere, vimq; addere: aperit enim clarius,& maiori perſpicuitate antè oculos ponit, Patrem verè, & propriè dari Tutorem fiduciarium filio emancipato, Auo mortuo, cum videretur reuocandum in dubium ob rationem d. verſ. (Quoniam filius quidem)quaſi dicere velit Theophilus: Quamuis ambigatur, an Pater iſte ſit filij ſui fiduciarius tutor,& multi ſint,qui putent, eum eſſe legitimum Tutorem, [f] Dico,apertèq; declaro, ad hanc tutelam eum vocari,non tanquam legitimum, ſed vti fiduciarium, quod profectò, idem omninò eſt, ac aſſerere, verè eum eſſe, ac propriè emancipati filij Tutorem fiduciarium.

f Sup. cap. 7. in prin. eos notauimus.

5 Addite,† loquutionem hanc eſſe fraſem,etiam apud noſtros, non parum frequentem, ſic enim legimus in ſcriptis Pauli ad edict. [g] dum refert legis Aeliæ Sentiæ Conſtitutionem, circa facultatem, quam Patroni habent, & eorum hęredes deducendi in iudicium ingratos libertos, cuius hæc ſunt verba. Item ex lege Aelia Sentia,filius hęres proximus poteſt libertum paternum, VT ingratum, accuſare,non etiam ſi hęredi hæres extiterit. In quibus † Dictio (VT) veritatem importat,cum qui ingratus non extitit,à Patrono, vel eius hærede deduci non poſſit ad Iudicem, nec ad priſtinam reuocari ſeruitutē, [h] quid ꝙ,idem met Theophilus eodem loco [i] dum de emancipatore loquitur, comprobat eam dictionem ueritati coniungi, cum Auum emancipantem, dicat,ad nepotis emancipati tutelam,vt legitimam vocari, † cum tamen conſtet apud omnes,liberi hominis Manumiſſorem emancipati pueruli legitimum eſſe tutorem † refero † tamen Teophili verba, vt caſus vterq; clarius noteſcat: Filiū habebam maiorem xxv.annis, & impuberem nepotem ex eo: nepotem emancipaui.

(6 and 7, 8 marginal numbers at "terit. In quibus", "cari", "torem")

g l. 70 de uerb. ſignific.

h l. 2. & 3. C. de libert. & eorū liber.

i d. uerſ. pater autem.

k Iuſt. in tit. ſuperiori.

„ Ego quidem (VT) legitimus ad tutelam vocor; ſed à „ morte mea pater (VT) fiduciarius vocabitur.

Idem † quoq; fit de voce (VICEM) vt eſt locus Vlp. ad Sabinum,[l] qui de Patre; emancipante filium; loquutus, ait, pro eo (vicem) legitimi tutoris ſubſtinere, & tamen, ex dictis, pater verè legitimus eſt tutor. Sic † quoq; accidit in Dictione (QVASI) legite ſcripta Marcelli [m] obſeruate Scæuolam, [n] percurrite Modeſtinũ,[o] & alios Iuriſconſultos, [p] & in dictione (quaſi) veritatem contentam reperietis. Idem † tandem portẽdit nota (TANQ;) cuius vice fungitur apud Theophilum particula (VT) nam, licet ad ſimilitudinem, & fictionem notandam ea vtantur, vt plurimũ noſtri, veritatem tamen exprimere põt, propterea quod Gregorius IX. Summ. Pont.[q] dixit, Ingredientes religionem omnia relinguere, vt ſumma rerum inopia viuant TANQ; nihil habentes, & omnia poſſidentes.

9

10

11

l l. 3. de legit. tut. §. fin.

m l. 22. De adm. tut.

n l. 122. §. duo fratres ď uerb. oblig.

o l. 101. § ſeruis legatis tit. pen. pand.

p l. 57. de Iud. & l. 16. de Re. & ſumpt. fun.

q c. 16. de exceſſ. prælat.

RERVM NOTAE.

1 *Materiam Fid. Tutelæ Cuiacius cenſuit obuolutam in iure vetuſtiſſimo.*

2 *Hanc eamdem materiam Iaſ. dicit obſcuram, ac periculoſam.*

3 *Et à ſeculo noſtro remotam Sylueſter.*

4 *M. Antonius Muretus fatetur non intelligere materiam Fiduciariæ.*

5 *Cuiacius profitetur libros Inſtitutionum non egere Interprete.*

6 *Præcepta Iuris Ciuilis non ſunt certa, vt Mathematica.*

EPI-

EPILOGVS.

PEREGIMVS, Iuuenes nobiliſſimi, qui mecum toto hoc tempore ſedulò nè dum ingenijs, ſed etiam attentione; humanitate, ac modeſtia condita; operam dediſtis huic Fiduciariæ Tutelæ; ea, quæ exiſtimauimus neceſſaria ad explanationem, ac dilucidationem primum, mox ad plenam quoq; illius Tractationem: Valeat ipſa iam, ſitq; florens: valeat Iuſtinianus quoq;, vel potius Tribonianus cum ea, poſtquam adeò ſtrictè, ac ſuccinctè de illa
1 eſt loquutus, † vt adhuc obuolutam in Iure vetuſtiſſimo eam iudicauerit Iacobus Cuiacius, [a] obſcuram † ac
2 periculoſam prædicauerit Iaſon, [b] incognitam † & à ſeculo noſtro remotam Sylueſt. [c] ac demum noſtra tem-
3 peſtate † M. Antonius Muretus, omni ſcientiarum ge-
4 nere ornatus, & in Academia Vrbis, hoc eſt Orbis Vniuerſi auguſtiſſimo Theatro, Ius Ciuile, & Philoſophiã, quæ ad mores pertinet, nec nõ humaniores literas diù, ſumma cum laude, profeſſus; non dubitauerit tandem fateri, ſe nunq̃ hos ꝑplexos nodos diſſoluere potuiſſe.
5 † Sibi ergò habeat illam, quantum vult, ſuam ſingularem opinionem idem Cuiacius, [d] Interpretem nullum deſiderare hos Inſtitutionum libros, & videant Tyrones, an ſine voce Magiſtri potuiſſent vnquam ex hoc contextu ſenſum educere, quem nos tentauimus tantò apparatu elicere, ac planum facere: quod ſi non ſimus aſſequuti, quod nollem, erimus alijs forſan incitamentum non leue ad excogitandum maiora; nobis verò ad gratulandum, quod magna ſaltem, vt eſt in
6 prouerbio, ſimus auſi attentare: † Non enim ſunt legum noſtrarum dogmata Præcepta mathematica, vel geometrica, quæ in Tabula poſſint pingi, ac delineari,

a Ad Modeſt. lib. 3. Diff. in l. 4. de leg. tut.

b Ad Portium verſ. ſi iſta ratio, & verſic. atqui.

c ſup. de legit. par. tut. nu. 5.

d lib. xi. obſeru. cap. 38.

vt ex illarum certitudine poſſimus quodammodo ea tangere, aut videre: in his, quæ probabilia ſunt, decet conquieſcere; nec per hoc illa tanti facere, vel mordicus amplecti, vt rectiùs dicentem ſequi nolimus: Atſi, quod vellem, ſcopum attigimus, iudicent Prudentiores; etſi, vt ſpero, comprobabunt, mecum gratias agant DEO Trino, & Vni, ac MARIAE Virgini Deiparę, quibus ſolis Laus, & Gloria.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

LECTORI.

SI quæ inueneris in hoc Commentariolo, Lector, Typographorum facto, contrà præſcriptam formam impreſſa, ad poſcriptam præcipuorum errorum reſtitutionis normam corrigas, atq; emendes: Interpunctationem autem multis in locis, vel prætermiſſam, vel peruerſam ſolo legentium iudicio cenſuimus relinquendam.

				Erratum	Corrige
Facie	2	verſ.	15	ac	Delenda
fac.	5	verſ.	6	faciendas	faciendus
		verſ.	10	Aecurſij	Accurſio
fac.	6	verſ.	11	Profectò	Profectò
fac.	7	verſ.	8	Per	Ob
		verſ.	9	Infringantur	Infringuntur
fac.	8	verſ.	8	Silueſt.	Sylueſt.
fac.	9	verſ.	5	Inſt.	Iuſt.
fac.	19	verſ.	pen.	Introduxerunt	Introduxit
fac.	20	verſ.	25	eam	eas
		verſ.	27	ſnceſſionem	ſucceſſionem
fac.	21	verſ.	13	peniculum	periculnm
fac.	23	verſ.	fin.	Auctoris	Autoris
fac.	25	verſ.	16	legitimus	legitimis
fac.	26	verſ.	14	quo	ex quo
		verſ.	23	Padectarum	Pandectarum
fac.	30	verſ.	19	Iunig.	Iuriſg.
fac.	31	verſ.	26	ammittantur	admittantur
fac.	32	verſ.	15	natiuatatem	natiuitatem
fac.	33	verſ.	4	fratruum	fratrum
fac.	49	verſ.	19	deduxit	deduxerit
fac.	56	verſ.	11	cumulatè	cumulatę
		verſ.	fin.	es	eſt
fac.	63	in ult. apoſt.		Odd.d.art.	& Odd.d. art.
fac.	65	verſ.	23	Sanazari	Sannazarij
fac.	76	verſ.	21	cœteris	cœterorum
fac.	80	uerſ.	fin.	Cuiaceet Ale Syl.	Cuiac. Ale.& Syl. & nu. 21.
fac.	92	uerſ.	pri.	ſuccedent	ſuccedant
fac.	96	uerſ.	19	Adnotationis	Annotationes.
fac.	98	uerſ.	3	eundem	eumdem
		uerſ.	21	Puodpiam	Quodpiam
fac.	110	uerſ.	5	dilucidatur	delectus

Digitized by Google

Digitized by